




UC-NRLF
B 3 891 253





SOLLEMNIA ANNIVERSARIA
CONDITÆ UNIVERSITATIS

ET

MUNUS AUSPICANTIS NOVI RECTORIS

UNA

CUM CERTAMINIBUS LITTERARIIS

DIE XVII ANTE KALENDAS DECEMBRES

RITE OBEUNDA

INDICIT

RECTOR ET SENATUS.

INEST HERMANNI HAGENI DE ORIBASII VERSIONE LATINA BERNENSI COMMENTATIO.

BERNÆ

TYPIS IENTIANIS MDCCCLXXV.

Oribasii Pergameni medici, imperatoris Juliani familiaris, qui quarto p. Chr. n. saeculo floruit, synopsis medica librorum IX ex magno eiusdem librorum LXXII opere excerpta a. 1553 Venetiis prodiit una cum aliis Oribasii operibus ex codice Græco Nicolai Sammichelii Novocomensis per Joannem Baptistam Rasarium Latine versa. Jam magni illius operis partes aliquot cum Græce editæ essent alia alio tempore, præter synopsin cetera omnia, quæ extant, Oribasii opera Græce exhibuerunt Bussemakerus et Ch. Darembergius quattuor tomis inde ab anno 1851 Parisiis publici iuris factis, synopsin alii volumini, quod undecim abhinc annis desideratur, reservarunt. Atque de synopseos codicibus tam Græcis quam Latinis Darembergius tom. I p. XXXV disseruit, ipse Wendelino Fœrstero meo intercedente per St. Kappium Vindobonensem libri Græci Vindobonensis quandam notitiam habui. Sed quia textum quem vocant Græcum editio Parisina aliquando exhibitura est, hac scribendi data occasione *versionis Latinæ* fragmenta, quæ in bibliotheca Bernensi servantur, venerandæ vetustatis quippe sexto p. Chr. sæculo scripta ut per se sola tractarem, contentus fui ita, ut, schedis illis antiquissimis fideliter ad codicem expressis magis in eius, qui Latine vertit, sermonem multis numeris notabilem, quam in ipsa auctoris Græci verba atque sententias inquirerem (1).

(1) Alter Oribasii synopseos versionis Latinæ codex et ipse litteris uncialibus, sed Delislio Parisino iudice, id quod et exemplar mihi transmissum testatur, sæculo VII scriptus integer habetur in bibliotheca Parisina n° 10,288 insignitus, de quo hæc ad me Carolus Thurotus: „Le manuscrit d'Oribase est maintenant sous le numéro 10,288 à la bibliothèque nationale. Il est de grand format et il a appartenu autrefois à la cathédrale de Chartres. Il est en très-belle onciale, comme vous pouvez le voir par le calque grossier que je vous envoie ci-joint. Il comprend 263 f^os^, le 263e écrit seulement sur le recto. Au 1er f^o^ le titre en rouge est un peu effacé; il occupe deux lignes; puis vient la table des chapitres du 1er livre. En tête du second folio un titre en rouge, également de deux lignes à moitié effacé: je distingue LIBER, puis les liniaments de 5 ou 6 lettres, ensuite ORIBASII PERGAMENII et à la ligne suivante AD FILIUM S........; à la ligne suivante EX IUSSIONE DIUI IULIANI IMPERATORIS COLLECTI SUMUS PROBATISSIMI MEDICI SEPTUAGINTA ET .... MEDICINALIBUS RESIDENTES. L'ouvrage se termine au folio 263 par CONFICIS ET UTERIS, et on lit au-dessous de la ligne: FINIT LIBER ORIBASI IATROSOFISTAE FELICITER VIIII. DEO GRATIAS." Addit, sequi in eodem codice alios de medicina tractatus usque ad f. 280.

Ceterum et res ipsas ab Oribasio prolatas quin lectione dignas sint habituri scientiæ medicæ periti utpote quæ ad historiam certe medicinæ non nihil pertineant, nullus dubito (1).

Schedæ igitur Bernenses codicis miscell. F. 219 una cum ceteris bibliothecæ Bongarsianæ libris Gravisseto auctore Bernam delatæ XVIII foliis constant, quorum f. XVI, XVII, XVIII ad libri quarti finem, f. I-XV ad librum sextum pertinent. In f. 8b, quod est ultimum quaternionis integri, qui f. I-VIII efficitur, eadem, qua codex exaratus est, manu primaria sæc. VI scriptum legitur quaternionis XXII signum, unde evincitur, ante f. I quaterniones XXI vel folia CLXVIII olim lecta fuisse. Atque idem fere certis numeris probatur, qui aliquot foliis manu sæc. XIV superscripti sunt: nam in f. 16a legitur numerus CXLV, in f. 17a CXLVI, in f. 18a CXLVII, in f. 1a CLXIIII, in f. 2a CLXV, in f. 7a CLXX, in f. 12a CLXXV. Hinc statim vides, inter f. 18 et f. 1 periisse folia XVI, quibus liber quintus et libri sexti capitulationis pars prior continebantur. Fuit igitur f. 18 ultimum quaternionis XIX, quo explicatur, cur, postquam libri IV verba extrema f. 18b non nisi lineas sex priores occuparunt, ceteræ eius paginæ partes a codicis scriptore vacuæ relictæ sint. Nam quæ una cum novi libri capitulatione illis prave subscripta sunt (cf. adnot. ad p. 5, 16), quasi non quartus, sed quintus liber illo loco finitus esset, sæc. IX librarii inscitiæ debentur. Quod vero f. 1 non numerus CLXIX, qui subductis quaternionum rationibus debebat, sed nr. CLXIIII inscriptus est, aut non omnes quaterniones octonorum foliorum fuisse statuamus oportet, id quod pro scripturæ cura atque venustate minus probaverim, aut iam sæc. XIV folia quinque (atque probabiliter illa, quæ primo loco posita fuerant) fati iniquitate hausta fuisse. Totum vero codicem tum, cum etiam integer erat, ab initio certe Oribasii tantummodo synopsin amplexum esse, instituta Rasarii versionis comparatione patet.

Codex ipse membranaceus formæ maximæ quartæ sæc. VI scriptus est litteris uncialibus mirandæ pulchritudinis, singulorum capitum inscriptiones colore rubro litteris quas vocant lapidariis exaratæ. Atque tanta librarius in scribendo diligentia usus est, ut tricenis binis unam quamque paginam lineis expleret. Ipsarum linearum initia cum essent accuratissime ad normam ducta, fines earum paulo neglegentius habiti sunt: neque enim solum variant aliquantulum singularum linearum longitudines, verum in extremis quibusque vocabulis interdum abbreviationes litterarum, quas ligaturas dicunt scientiæ palæographicæ periti, admissæ sunt. Itaque U et S inter se coniunctæ leguntur, ut f. 1b, 3b; U et R, ut f. 3b; U et M, ut f. 5a; A et E, ut f. 18a, N et T, ut f. 10a, 11a; U, N et C. ut f. 7b (tunc); U, N et T, ut f. 18a (sunt): præterea haud raro in

(1) Oribasianis ob argumenti similitudinem addidi brevem cod. Bern. 611 sæc. fere VIII (de quo vide catalogum codd. Bern. nuper a me editum p. 479 seq.) tractatum de febribus, cui *Galeni* nomen præfixum est, et ipsum sermone vulgari scriptum. Ex quo quæ enotavi, ne codicum diversis temporibus scriptorum locutiones confunderentur, uncinis circumscripsi.

eius modi locorum vocabulis extremis ea litteræ S forma conspicitur, quæ in minusculo quod dicitur alphabeto postea demum invaluit, qua de re vide, quæ Wattenbachius enchirid. palæogr. p. 14 docuit. Eodem redit, quod bis in linearum locis extremis aqa scriptum est f. 6[a] et f. 16[a]. Denique pro M finali (semel pro N syllabam finiente) hæc figura ÷ posita est aliquotiens: f. 3[b] habunda ÷ | tius, aute ÷, (etiam f. 11[b]) f. 5[b] potridine ÷, f. 6[b] acridine ÷, f. 8[b] numqua ÷, quale nullibi adhuc notatum inveni (1). In mediis vero lineis has solas scriptor abbreviationes admisit: SPS, ut f. 5[a] (e scriptis sacris, cf. Wattenbach. l. l. p. 20), SSI f. 9[b], fort. = sesami, IT, ut f. 15[b], 16[a], B. = bus, ut sorbitionib. f. 16[a], dieb. f. 8[a]; Q. = que, ut neq. f. 8[b], utrisq. f. 3[b]. Cetera omnia plenis litteris scripta sunt neglectis vocabulorum intervallis atque distinctionibus, nisi quod in sententiarum finibus puncta extremarum litterarum medietati apposita sequentiumque vocabulorum litteræ initiales maiore fere ductu exaratæ sunt. Atque in tantum venustati studuit librarius, ut, si qua prave scripserat, spongia deletis recta superponere, quam lineis punctisve inducere maluerit, cf. f. 5[b] l. 3 ab imo. Ac ne nova pagina a vocabuli frustulo inciperet, cum non integra claudebatur voce linea ima, ea, quæ deerant, in eadem pagina subinferebat, ut f. 1[b], f. 2[a], f. 7[b], f. 8[b], f. 9[b], f. 10[a], f. 13[b], quod uno solum loco neglexit f. 12[a]. Jam E litteræ caudatæ = AE a typotheta meo cursiva E litteræ formà significatæ exempla plurima adsunt, quam recte Wattenbachium l. l. p. 5 ad litterarum A et E ligaturam rettulisse insigni nostri quoque codicis exemplo probatur f. 18[a] l. 5 ab imo, ubi eadem forma deprehenditur, quam Wattenbachius l. l. ex Ciceronis de republica codice unciali expressit.

Versionem ipsam (2) non multo ante librum scriptum conditam esse (vel sæc. V vel sexti initio) eo probatur, quod pauca omnino vitia neque ea ita gravia a librario commissa deprehenduntur, ut 4,14 abnibus = ab omnibus, 4,22 aquæ quæ, 4,32 matri = mari, alia id genus sane leviora. Nam multa illa insolenter dicta, quibus ab recepta apud grammaticos scribendi et pronuntiandi ratione hic liber quam maxime abhorret, non librarii sunt, sed interpretis. Est enim hæc interpretatio sermone scripta non nitido illo atque polito rerum gestarum scriptoribus, causarum defensoribus, denique litterarum liberalium studiosis probato, sed sordido et incompto isto vulgari, quo cum priscæ simplicitatis rusticos, remotos ab urbanitate provinciales, duros milites, aliam indocti po-

---

(1) Conferri potest signum : pro N aliisque litteris positum, ut PARE:S, de quo vide Schuchardt. de linguæ vulgaris vocalismo I, 22

(2) Inter versionem nostram et verba Græca quæ intercedat ratio, post editum demum textum Græcum perspici posse nemo non videt. Quare id monuisse satis habeo, haud raro interpretem duplicem in modum verba Græca vertisse videri, quod altera versione uncinis inclusa significavi p. 9, 27. 32; poteram et addere p. 6, 20 (signa esse bona existimanda), p. 19, 23 (cadentem eius virtutem), p. 4, 32 (in aere).

pelli turbam esse usos, tum antiquissimas scripturæ sacræ interpretationes, quas uno omnes Italæ nomine comprehendere consueverunt huius ævi homines, nec non alia scriptorum ecclesiasticorum opera atque ipsam ex parte Vulgatam ab Hieronymo constitutam, inscriptiones præterea multas et sacras et profanas, denique singularum scientiarum, ut iuris prudentiæ, medicinæ, grammaticæ, architecturæ, rei rusticæ, coquinariæ, gromaticæ enchiridia composita esse compertum est. Accedit, quod idem sermo et antiquissimorum fere auctorum Latinorum fuit et pro ipso Romanicarum quas vocant linguarum fonte est habendus. In quo perscrutando, postquam, indignum sane, diu ea provincia a viris doctis neglecta fuit, præclare nuper meruit *Hugo Schuchardtius* scriptis de vulgaris linguæ Latinæ vocalismo tribus voluminibus a. 1866-1868. Multum in eadem linguæ vulgaris parte illustranda *Corssenus* quoque profecit de sermonis Latini pronuntiatione libro iterum edito a. 1868-1870. Deinde *Hermannus Rœnschius* diaconus Lobensteniensis in scripturæ sacræ interpretationum veterum Latinitatem accuratissime inquisivit præclaro illo summæ diligentiæ opere, cui titulus est: Itala und Vulgata, a. 1875 iterum edito. Denique his ipsis, quibus hæc scribo, diebus *Valentinus Roseus* Plinii Secundi et Gargilii Martialis medicinas ita tractavit, ut locutionis indicibus uberrimis subiectis huic quoque de vulgari sermone quæstioni optime consuleret. Jam quia Oribasii versio Latina Bernensis ea re quam plurimum a ceteris, quæ modo dixi, scriptis differt, quod non passim certæ sermonis vulgaris locutiones per eam sparsæ leguntur, sed tota isto colore tincta est, si, quæ huc facerent, collegissem atque sub uno omnia conspectu proposuissem, haud abs re fore ratus ad quæstionem illam promovendam de dicendi proprietate in his fragmentis obvia ita quæsivi, ut ascriptis Schuchardtii (S), Rœnschii (R) Rosei (Ros.) locis similibus primo, quæ ad orthographiam spectarent, proponerem, deinde ea tractarem, quæ ad grammaticam et formalem et syntacticam pertinerent, ultimo denique loco Græcas locutiones Latinis admixtas una cum rariorum verborum Latinorum copia percurrerem.

Ceterum haec lectorum benivolentiam corrigere velim: p. 2, 13 comma post *uideatur* tollendum et post *pane* ponendum. — p. 3, 27 ciuis. — p. 3, 33 uero. — p. 4, 17 comma post *haec* tollas, ponas post *est*. — p. 4, 25 comma post *Libiae* tollas. — p. 5, 15 comma post *edet* ponas. — p. 7, 10 indigestionem. — p. 11, 25 comma post *manifesta* ponas. — p. 15, 24 nutriri. — 15, 26 comma post *febres* del. — p. 18, 29 copodis sensibilitas. — p. 11, 29 posca. — p. 22, 1 inponere.

I.
Orthographica.

Vocalium permutatio.

A = E (Schuchardt. I, 213; Rœnsch. 463): avallana 2, 27. E = A (S. I, 194. III, 101): ptysenas 1, 17 [tysena 23, 13; exungia 22, 21, cf. Ros. 122].

A = O (S. I, 172. 184): faras 18, 12 [sunacus 22, 7. 12. 14; 23, 24].

AE = E (S. I, 388): conpræhendit 9, 21; præhendere 21, 7 adn. [æbrietas 22, 6, 8]. E = AE (S. I, 224 seq. R. 463): que 3, 32. 5, 5. 8, 7; queque 13, 24; quedam 5, 3 [effimerè 22, 7]; dieta 13, 11. 14, 9. 15, 18. 17, 29. 21, 7; Greci 4, 1. 9, 17. 10, 30. 14, 15. 17, 5. 18, 24 [22, 20]; ledere 4, 8. 5, 17. 11, 27. 19, 34; pene 4, 13; prestat 13, 31; querere 4, 17.

E = I (S. II, 1 seq. III, 163 s. R. 463): angustea 5, 8. 22; 14, 33; bletus 1, 7; enectio = iniectio 10, 22 [explecit 24, 6; humedus 22, 17. 23, 14]; milleum 2, 16; optenuerit 16, 28 [Perseca 23, 12]; resedat 7, 6; resedeat 7, 27; sardenis 1, 19; semula 2, 31. 32 [septemana 22, 19; simeles 23, 6]; spongea 4, 4. 21, 29 [suffecienter 23, 2]; suptiles 2, 18. In Græcis: absentius 10, 7. 12, 14. 32 [22, 20] cf. Ros. 213; senape 12, 21. 13, 16 cf. Ros. 126.

E = Y: eresipelas 15, 26; eresipelatodis 15, 25; perum 3, 21.

I = E (S. I, 226 s. III, 112 s. R. 463): aciscat 3, 29; acitum 10, 20; acrido 3, 24. 11, 2. 12, 5; ascindit 12, 6 [bita 23, 29; califacio 22, 23]; caliscit 4, 19 [cocliarium 23, 1]; colligimus 16, 2; descindat 11, 27; dispumaro 3, 15; distillatio 6, 10. 17, 26. cf. Ros. 121. 215; disperatus 7, 9 [eligans 23, 36; elimentum 24, 4]; extrinsicus 10, 30; gravidinem 5, 4 [hórdium 22, 20]; intelligere 4, 21 [22, 13]; intrinsicus 2, 21. 15, 26. 29 (intrinsecus 21, 6); ligumen 2, 22; nausiæ 6, 3 (cf. Ros. 217); pinna 4, 3; putrisco vel potrisco 4, 9. 33; 5, 3; potrido 11, 7 [rubius 22, 11. 16; 23, 17. 25. 26]; simen 2, 28. 10, 25; vissicas 17, 27; vehimens 12, 3. In Græcis: [anitum 23, 9; apocima 23, 15]; Cyrinaicu 13, 25; diuritica 13, 21 [effimerus 22, 7.

23, 34]; Fyluminus 6, 1. 4; Galinus 5, 18. 7, 31. 11, 32. 18, 13. 20, 5. 19; Galienus 6, 16. 29. 7, 3. 8, 13. 21 [Gallienus 22, 4] cf. Ros. 217; [pintamiron 22, 23; petrosilino 23, 7]; sintixis 4, 1; Yppocratis nominativo 4, 30 [Hippocratis 22, 8; Ypocratis 23, 34]; copodis sensibilitas 18, 29; diabetis 7, 11. Cf. etiam quæ de coniugationibus secunda tertia quarta inter se permutatis infra dicemus.

E = U (S. II, 210): accedent 13, 33; inferent 17, 8.

EU = EG (S. II, 499): fleumaticus 16, 31 [fleuma 22, 11. 15; 23, 5].

EX = AES (S. II, 351): extas 3, 19. 4, 27. 5, 5. 11, 26. 19, 27; extimandus 14, 29 (R. 524). Cf. R. 457 milex = miles; 524 externa die.

J = JJ: deicio 6, 27; proicio 8, 6. 21, 16; infractici 9, 12. JJ = J: sincopii 20, 7.

J = OE (S. II, 291): diarria 17, 23.

J = Y: amigdala 2, 13. 27; bradipora 4, 22 [ciminum 23, 1. 6]; cristallo 5, 6; erisipelatodes 15, 21; Libiæ 4, 25 [pintamiron 22, 23]; pirus 10, 19; politrofus 18, 8; Sycionicus 18, 31; simptomata 6, 25. 7, 9; sincopus 18, 13. 19, 32. 34; 20, 5. 7. 20 (syncopus 18, 24); sintexis 4, 1. 5, 18. 18, 8 [sinacus 22, 12]; stipticus 3, 18. 22; 5, 10. 11; 8, 25; 10, 21. 26; 18, 31. 20, 13 [tisana 23, 28]; yosquiamus 21, 24. Servata est Y in his: clysteris 11, 18. 12, 12. 26; 13, 13. 19, 16; cydonia (cytonea) 3, 20; cyminu 10, 25; cynodos 5, 23; Cyrinaicu 13, 25; myrtæ 3, 22; oxy 21, 21; oxybafa 2, 19; oxymelle 19, 26. 28; paralysis 13, 29; ptysana 1, 4 etc.; pyretrus 13, 28; synocus 11, 22. 14, 13 seq.; tyfodes 11, 6; typus 14, 16. 29; 16, 27. 30; typicus 14, 14; Tyriacum 13, 23; ypocondria 4, 17. 12, 26. 16, 4. 18, 7. 16; ypnoticon 21, 18. 21. 23; ypocistis 10, 16; ypocro 7, 14; ypostasis 7, 21. 23. 29; 17, 25; ysopus 12, 30. 19, 6. 15.

Y = J Fyluminus 6, 1. 4; Sycionicus 18, 31; Yppocratis 4, 30 [Ypocratis 23, 34].

O = U (S. II, 149 s. III, 213 s. R. 464): carbonculus 10, 3; cocurbita 1, 4 [23, 10. 29]; cotis 9, 4. 11, 2. 12, 6; ferola 4, 4 [fenicolo 23, 7]; forforibus 7, 22 [merolus 23, 31]; nevola 7, 25. 28. 30; 17, 9; noces 2, 21. 27; notrit 19, 19; potredo 10, 27. 29; 11, 6. 7. 8. 9; potriscere 4, 9. 33; 5, 1. 14, 19 [quatropedes 23, 11], robeus 14, 17. 18; 6, 13. 7, 33. 8, 11. 20, 1; subrobea 7, 4. 14. 16. 32; robrus 2, 28. 14, 5 [satoreia 23, 16; spiracolum 23, 5; turtores 23, 31]; cynodos orexeos 5, 23. Cf. infra quæ ad declinationes secundam et quartam pertinent.

U = O (S. II, 91 s. III, 196 s. R. 465): bruncocelas 5, 8 (cf. S. II, 118); cognusco [23, 24, cf. S. II, 124]; culatum 4, 9; pusca m. II 21, 29 [23, 29], cf. S. II, 125. Ros. 126, 218. [supor 24, 2]. Vide etiam declinationes nominum.

O = J: fenoculi 10, 25, cf. caproficus Ros. 119. [=Y: opithomo 23, 15].

O = E (S. II, 243 s.): opithomo [23, 15].

U = J (S. II, 230. R. 465. 525): fenuculus 5, 15.

U = Y (S. II, 253): dactulus 10, 17; intuba 1, 7 (intyba 15, 30), cf. Scholiorum Bernensium ad Vergili Bucolica et Georgica editionem meam p. 962 (Georg. IV, 120) et 732; murra 21, 19. 21. 24 [sunacus 22, 7. 12. 14; 23, 24]. Y = U: gyla 5, 8, cf. S. II, 198.

Consonantium permutatio.

B = P (S. I, 124): absos 10, 8. P = B (R. 456): optineo 16, 21. 25. 28; suptilis 2, 18. 3, 4. 4, 29. 30. 7, 12. 14. 33; 9, 19; 12, 20; 16, 3. 17, 23. 24; 20, 1. 5. 7 [23, 18. 21. 28]; suptiliter 3, 19; suptilitas 5, 7. 11, 3; suptiliare 12, 29. 22, 1.

B = V (R. 455) in initio: bel 4, 13; belut 20, 10; bentris 2, 29; bero 1, 15. bigilo 3, 30; biridis 1, 9; bitia 5, 4; bult 4, 29; in verborum coniugatione: curabimus 15, 18; inflaberit 4, 18; lavoraberint 3, 29; postulaberit 16, 7; in ceteris: commobent 9, 29; dibersæ 17, 2; ebacuatio 11, 11; ebentare 3, 2; flabum 8, 11; flubialis 12, 15; fobeo 10, 21; grabo 4, 22. 13, 14; grabis 4, 20. 9, 20; inbaserit 17, 13; inbenio 6, 25; adinbenerunt 5, 13; inbicem 16, 20; inbolutus 18, 27; iubare 2, 30. 9, 4. 26; 10, 21. 22; 11, 27; 12, 31. 33; 13, 29. 15, 29; labacrum 15, 23; labare 8, 22. 33. 34; 9, 9. 22; 10, 4. 6; 12, 17. 18; labatio 3, 1; lebis, lebiter 2, 29. 4, 29; 7, 8; lebitas 4, 28; libidus 7, 22. 8, 12. 18, 18; malba 3, 5; mobent 5, 4. 12, 31; nobissimus 7, 18; papaber 1, 9. 2, 28; remobere 3, 28; suabis 1, 20; semperbiba 15, 31; subbenit 13, 29.

V = B (R. 456) in initio: vaca 13, 30; vene 1, 17. 2, 12. 19, 16. 20, 18; vinas 2, 14; vona 4, 27; in verborum coniugatione: davis 2, 9. 3, 20. 9, 30. 10, 26. 12, 14; 19; 19, 32; 20, 2. 16; fricavis 18, 28; in ceteris: carvunculus 17, 28; civus 3, 27. 5, 14; fava 1, 9; flevotomus 11, 11. 14, 33. 17, 34. 18, 23; flevotomare 11, 9. 13, 10 [fleutomare 23, 16. 27]; invecillus 19, 22; lavorare 2, 17. 29; lavores 17, 7; nevola 7, 28. 30; savanum 11, 28; Saviniensis 18, 30; servere 3, 20; servitio 2, 4. 3, 5. 12, 26. 19, 22. 20, 15; subrovea 7, 4; tivi 12, 14; turvidus 7, 6. 14, 5; turvatio 3, 18.

C = G: necglegentia [22, 10]. G = C (S. I, 125 s. R. 455): Agragantinus 17, 19; emigrania 20, 30 cf. Ros. 122; Gnidius 13, 31 [baga 23, 1; melangolicus 22, 16].

C = Q: acosus 14, 3. Q = C: inquipiunt 18, 14; synoquorum 14, 33; yosquiamus 21, 24 (cf. S. II, 275).

C = T: porcacla 1, 7. 16, 1. CI = TI (S. I, 154. III, 79): suspicio 21, 5 [circacio 22, 19; tercius 22, 9. 14; terciana 22, 7. 13. 16. 23, 8. 14].

C = Z: apocima [23, 15].

D = T (S. I, 118): ed 2, 3; 5, 4 (S. I, 120); exercidia 9, 4. T = D (R. 456): aliquit 12, 29; aliut 11, 5. 21, 20; Cytonca 3, 21; ipsut 1, 17. 19, 14; quidquit 4, 20.

F = PH in Græcis semper excepto *ephialus* 11, 5, cf. Ros. 125. 215.

F = V: gingifa 4, 9. Quod Rœnschius p. 524 voce sifilare (Non. p. 531 Merc.) proposita F pro B scriptam esse contendit, hanc formam potius tum denum, postquam sibilare in sivilare abiit, inde natam dixerim.

H omissa in Latinis in initio: emina 2, 7. 23; iems 18, 31; ora 6, 31. 32; 12, 8. 9; 16, 22; orror 9, 30. 11, 34. 16, 21. 25. 27. 28; umecto 1, 4; in mediis vocibus: anelitum 14, 2; bracia 18, 28. 19, 4; incoare 9, 32. 14, 8; maccinata 2, 11 [cocliarium 23, 1, cf. Ros. 120. 214]. In Græcis in initio: ecticus 16, 9. 10. 13; emigrania 20, 30; emitritens 11, 5. 16, 19. 29. 30; epar 3, 13. 19, 24. 20, 9. 23; Erodotus 21, 28; yosquiamus 21, 24; ypnoticon 21, 18. 21. 23; ypocondria 4, 17. 12, 26. 16, 4. 18, 7. 16; ypocro 7, 14; ypocistis 10, 16; Yppocratis 4, 30 [Ypocratis 23, 34]; ypostasis 7, 21. 23. 29; 17, 25 cf. Ros. 220; in mediis vocabulis: anetum 12, 13. 18, 33 [22, 20. 23, 7. 16] cf. Ros. 118; bruncocelas 5, 8; calasticus 18, 30. 32; catarticus 13, 22; 18, 22 (catharticus 12, 33. 14, 12); diarria 17, 23 [melancolicus 22, 12]; ocra 7, 15; subocra 7, 32; reuma 3, 33; rodinu 21, 21; stomacus 18, 15; synocus 14, 13. 14. 16, 29. 31. 32. 33; 16, 27 [sunacus 22, 7. 12; 23, 24]. Servata autem H est in his Græcis: calaminthis 13, 26; cholera, cholericus semper; melancholicus 13, 2. 22. 14, 22; plethoricus 9, 20. 21; stomachus 10, 12. 19, 34 [22, 11. 19. 22]; synoncho 16, 30; thorax 17, 26, cf. Ros. 127.

H addita (R. 462): habundans, habundanter, habundantia 8, 22. 27; 9, 7. 10, 24. 13, 9. 14, 9. 15, 3; superhabundat 17, 34; his = is 6, 34; hii 8, 22. 11, 9. 20, 8 [holera 23, 10]; horta 19, 25; hutilis, hutiliter 2, 22. 3, 10. 17. 24; 4, 19. 6, 19. 12, 34. 13, 12. 15, 27. 30 (utilis 3, 27. 6, 27. 9, 28. 10, 17. 19; 15, 15); procatharticon 10, 30 [anthidotum 23. 1], cf. Ros. 122.

M = N (S. I, 5. 109; III, 1. 58; R. 457. 524): volumtarius 11, 12. N = M (S. I, 108. III, 58. R. 457): menbra 13, 29; septentrionalis 4, 22; anputare 21, 30.

R = L (S. I, 138): cefalargicus 21, 24.

S omissa antecedente EX: expectas 9, 33; expuo 8, 6. 8. 9; exputus 7, 31. 8, 6; exputamenta 8, 3; extinguere 15, 3. 16. 17; 18, 5 [23, 4. 5].

ZI = TI (S. I, 153. III, 77): tristizia 9, 15.

Consonantes duplicatæ (R. 460). CC: maccinata 2, 11; FF [effimerus 22, 7. 23, 34, cf. affricane Ros. 118]; LL: millcum 2, 16; MM: lamminosus 7, 22; PP: constippant 9, 5 [appium 23, 7. 9]; SS: anissum 2, 14; vissica 17, 27 (cf. Ros. 128. 220); yssopus 19, 15; TT: cottidie 12, 25. 14, 20; cottidianus 12, 1. 13, 32. 33; 14, 6. 7. 20. 21. 26; 16, 27. 30 [22, 7. 11. 13. 15. 19; 23, 8], cf. Ros. 120. 214.

Consonantes semel positæ. C: vaca = baca 13, 30 [baga 23, 1] cf. Ros. 119; R: catarus 8, 33. 34; P: Ypocratis [23, 34].

Epenthesis litteræ N (S. I, 112 s. III, 59. R. 458): torrens 2, 16 (nisi pro participio accipiendum est et abundanter posito); totiens 3, 1; synoncho 16, 30.

Apocope litteræ M (S. I, 116. R. 462): dece 2, 7. 19; septe 12, 32; liquidu 10, 11; T: haben 10, 32; ledun' 4, 8 (cf. S. I, 122); R: sempe 19, 26; MA: cataplas [22, 20].

Epithesis litteræ T: adducit 18, 12 (cf. S. II, 393).

Aphæresis litteræ D: ioso = dioso 18, 8; I: stæ 4, 26; stius 14, 8 (S. II, 368. III, 278. R. 469. 525); P: tysana 10, 20 [tysena 23, 13; tisana 23, 28], cf. S. I, 144. III, 75, Ros. 218 et Alfr. Fleckeisen. annal. philol. XCIII. Sed *ptysana* habes 1, 4. 12. 18 etc.

Syncope singularum litterarum (S. II, 399 s. III, 289 s. R. 467. 525). *Vocalium* E: malfactio 5, 22. 23; 21, 28; 22, 2 adn., cf. maldictu S. II, 427 (excalfactoria Ros. 119); I: calda 4, 10. 13, 17; cf. S. II, 415; frigdor 8, 32. 9, 1. 14. 17; 10, 31. 11, 34; 12, 1. 2; 13, 2. 34; 16, 17. 17, 16. 23; 18, 10. 20, 26, cf. S. II, 415; infrigdare 1, 6. 10; 4, 19. 24. 26; 8, 28. 29. 34; 9, 5. 13; 12, 11. 21; 15, 31. 18, 3; porcacla = porcilaca 1, 7. 16, 1; U: lenticla 1, 17. 2, 25, cf. S. II, 403. Ros. 124; O: fleutomare [23, 16]. *Consonantium* C: procatharticon 10, 30; G: aumentatus 16, 31, cf. S. I, 146; M: tepore 1, 14, cf. S. I, 105. III, 57; N: trasunctio 11, 23. 31, cf. R. 461; P: simtomata 7, 9, cf. S. I, 144; R: ioso = dioso 18, 8. Pro *ioso*, quod habet codex, non debebam *dioso* scribere, cf. quæ de *iusum* forma (= zusum = diusum) docet Rœnschius p. 461 adnot. Sed *deorso, deorsum* legitur 18, 27. 28; suso 18, 8; at sursum, surso 18, 26. 28.

Metathesis: porcacla = porclaca 1, 7. 16, 1.

Assimilatio non admissa: adsumere 13, 19, cf. Ros. 213; adtendere 8, 5. 17, 29; conbusta 17, 26; conpetenter 1, 11 [conpetit 23, 16]; conputruerit 14, 20; conpræhendit 9, 21, cf. Ros. 214; inbecilles 19, 20; invecillum 19, 22; inlinis 21, 18. 20. 25; inlitus 21, 19, cf. Ros. 123; inpetu 5, 13. 18, 5; inplantati 21, 3; inpneu-

matosis 10, 24; inpositum 8, 29; superinponere 10, 7. 10 (sed compositus 9, 5; imponere 22, 1 manu rec. superlitum cf. Ros. 123); inpossibile 7, 1; inritare 11, 14; subpono 21, 25. 27 (cf. Ros. 127).

II.

Grammatica et syntactica.

Genus (R. 265 seq.).

Masculinum pro neutro: absentius 10, 7; acitus 1, 14; agaricus 13, 26; anetus 1, 16; balneus 15, 27. 19, 32; bletus 1, 7; cerebellus 20, 17; hordeus 2, 7; oleus 1, 15. 8, 28. 18, 31. 33; 19, 1; porrus 1, 16 cf. Ros. 218; vinus 3, 23. 7, 14. 9, 19. 24. 25; 13, 15. 20, 17: R. 266; yssopus 19, 15 (ysopum 19, 6); oxymellis 12, 33; piper 12, 31 (gen. neutr. 13, 17); atriplex [23, 10. 29], cf. Ros. 214; caput 8, 30; corpus 8, 20. 11, 19. 19, 25; tempus 16, 27. 17, 30; frigdor = frigus 16, 17. 17, 16. 18, 10 (frigdores 17, 23).

Sperma coctus 13, 30; sedimen lenem 7, 25; id est lenis 8, 8; aliud qui 21, 20; ungentum qui [22, 23]; ypnoticon qui 21, 23; antidotum laudatissimus 13, 25; omnes frigida 1,6; dulces mela 3, 19; molles folia 3, 22; hutiles signa 6, 19; exputamenta mediocres 8, 4; accedentes signa 15, 11; linteamina duplices 16, 4; vitia communes 17, 3; mala consistentes 17, 29; tres capita 21, 16; communis est 9, 11; inutilis est 9, 28.

Neutrum pro masculino: caseum 4, 6; cicer ipsum 5, 15; hoc proprius dolor est 20, 28; nonnulla existimant 4, 27; cibi danda sunt 9, 18; cibi quæ 12, 20; omnia pessimi casus 17, 21.

Masculinum pro feminino: antidotus [23, 21]; febris 13, 25. 16, 19. 21 seq.; calaminthis 13, 26; volumtarius purgatio 11, 12; qualitates distemperati 17, 10; inunctio inlitus 21, 19.

Femininum pro masculino: dies 8, 15. 12, 25. 14, 7. 28; 19, 4 [23, 27] (dies masc. 12, 33. 14, 22. 26; 19, 14 etc.); sal 1, 15; cortex 2, 29; quæ humores 11, 12; cibi dandæ sunt 9, 14.

Neutrum pro feminino: cholera cholerum semper, vide Lexicographica s. v. [colera coleræ 22, 11]; aquas tempestiva sunt 5, 5; ea aquæ bradipora 4, 22; ea quæ sunt membranæ 21, 2.

Femininum pro neutro: alfita 2, 10. 16, 3; apozema [23, 15]; balneæ 9, 7; eresipelas natas 16, 26; flegma 17, 33 (flegmate 16, 24); fleuma [22, 11. 15; 23, 5]; inguina 9, 23. 25; myrta 3, 22; reuma 3, 33; ypocondria 12, 26. 18, 7. 16; alia quás 13, 24; membra quas 14, 15; signa quas 14, 23; ipsarum ovorum 20, 16; grana oppressas 2, 5; quascumque loca — apertæ 4, 25; quæ fuerint flava magis hæc pessimæ sunt 8, 1.

Numerus.

Pluralis pro singulari: quibus venter fluens molestantur 2, 28; quibus venter laborant 2, 17; materia quæ deducant 11, 14; omnis populus vexantur 17, 5; providenda sunt purgatio 17, 32; nebula positæ 7, 30; cibus dandus qui minus nutriunt 9, 16; qui ægrotat nutrire eos 9, 28.

Singularis pro plurali præeunte substantivo plurali generis neutrius (R. 435. 523): disperata est simtomata 7, 9; quæ constippant nocet 9, 6; cf. 4, 4. 12 5. 13, 5. 19, 11. Cetera: tales exputus signum est 8, 5; potiones iubat 9, 25; lactes lædunt et erodit 4, 9; qui febriunt fricandus est 8, 23, cf. 9, 7. 20. 21. 22; 11, 9. 30; ægritudines quam 17, 4; quæ fuerint viridis 8, 1; indigesta sunt quod 8, 9.

Pluralis numerus nominum abstractorum vel collectivorum: acceptiones 20, 2; accessiones 6, 30. 20, 3; ægritudines 17, 2. 21; aeres 17, 10. 11. 12; alicæ 10, 19; alienationes 17, 22; angustiæ 6, 8. 9; aquæ 2, 18. 4, 12. 21. 26. 27; 5, 2. 3. 5. 9. 11. 14; ardores 15, 5; calores 18, 19; carnes 9, 11. 10, 17. 13, 13 [23, 32]; cerebelli 20, 17; coctiones 1, 11; cognitiones 5, 2; differentiæ 7, 5; digestiones 11, 21; diversitates 4, 12; evacuationes 18, 1; exercitia 9, 4; exputamenta 8, 3; exputus 7, 31. 8, 6; frictiones 9, 4; frigdores 17, 23; humores 8, 2. 9, 26. 11, 7. 12. 14; 13, 26; 15, 3. 5. 23; 16, 10. 18; 19, 18. 25. 26. 30; inguina 9, 22; inguinæ 9, 25; lactes 3, 26. 4, 8; lactucæ 1, 9. 9, 10. 15, 30 [23, 10]; lanæ 10, 7; lavacra 12, 24; malfactiones 21, 28; mulsæ 3, 10; nativitates 17, 2; occasiones 9, 30. 20, 19. 20; 20, 3. 6. 22, 2 adnot.; odoramenta 21, 30; passiones 5, 8. 7, 10. 13; 9, 1. 17, 8. 11; potiones 3, 16. 9, 25. 15, 20; ptysanæ 1, 4. 11. 18; 3, 3. 10, 20; pulsus 8, 17. 19, 30; reiectiones 18, 8; rigores 6, 34. 13, 30; secessus 3, 33. 14 3; sorbitiones 2, 24. 25. 27; 12, 26; sputamina 7, 32; sternutamenta 22, 2; suci 1, 13. 9, 10. 15, 24. 16, 1. 21, 17; sudores 8, 18. 11, 12. 12, 12. 15, 17. 17, 23; tensiones 17, 22; tusses 5, 4; ulcerationes 17, 27; urinæ 12, 7. 12 [23, 25]; vigiliæ 9, 15; virtutes seminum 1, 3; vitella 20, 16; uomitus 17, 22.

Adiectiva neutra numero plurali posita pro substantivis: calida 17, 14 [23, 22]; concava 17, 8; contraria 17, 13 [23, 35]; frigida 17, 14 [20, 14]; humida 17, 8 [23, 14]; interiora 18, 6; sicca 17, 14.

Casus.

Nominativus pro genetivo: [istæ febres aliæ veniunt 22, 14] generata 6, 3; distillatio 6, 10; *pro accusativo:* pulsus 10, 32; aliæ evacuationes oportet fieri 18, 1 (formæ: tepida 2, 5; farina 2, 16; semola 2, 31 possunt et pro ablativis accipi, nisi accusativi m finalem evanuisse statuere malis, cf. ea quæ de hac re infra dicturi sumus et supra p. XI s. v. Apocope); *pro ablativo:* mixtus 8, 25.

Genetivus pro nominativo: synoquorum febrium curantur 14, 33. *Genetivus locativus:* Libiæ 4, 25, cf. R. 427. *Genitivus partitivus pro accusativo:* piscium carnes molles habentes 9, 10.

Dativus pro genetivo a nominibus pendens: bulimis curatio 5, 25; curatio cardiacis 6, 11; curatio tertiano non vero 12, 23; signa synocis febribus 14, 13; signa ecticis febribus 16, 9; depositio orrori 16, 28; inunctio fronti 21, 22; igni ardorem extinguere 20, 5.

Accusativus pro nominativo: ptysanas, cocurbitas elixas 1, 4; ptysanas 1, 18; mulsas 3, 10; spumam 3, 14; aquas 5, 5. 9; colandas 5, 12; lanas sunt superinponendas 10, 7; absos 10, 7; alicas 10, 19; alfitam 16, 3 [urinas sunt rubias 23, 25]. *Accusativus pro genetivo partitivo:* salem tritam non multum 1, 15; modicum anissum 2, 14; mel modicum 4, 11 (sed confer: cum modico orrore 16, 25); malum nihil 7, 33; modicum alfitam 16, 3; satis calorem 18, 28; crocu opiu æqualia pondera 21, 21. *Accusativus pro dativo:* tempora 21, 22. *Accusativus pro ablativo:* puleiu 1, 18; vinum 4, 10; lebitatem 4, 28; frictiones et exercidia 9, 4; ægritudinem 9, 20. 17, 5; alios dies 14, 28; istos sucos 15, 24; diem 16, 24; asperum 18, 27. *Accusativus absolutus pro ablativo:* coctas radices et anetum ipsa aqua potui danda est 12, 13; membra pressa manu mordicationem sentiat 11, 2.

Ablativus pro nominativo: quale est oleo irino 9, 2. *Ablativus pro genetivo partitivo:* tostario trita oxybafo uno 2, 19; modicum sale 3, 5; aloe et mastice octava parte 10, 15; murra æqualia pondera 21, 21. *Ablativus pro accusativo:* medicamen aliquo fortiore dare 13, 8; diebus plurimis 13, 19 [linoso, hordio, faeno, absentio, aneto 22, 20; ungento 22, 23; grano 23, 1; cimino 23, 2; cocliario uno 23, 2; frigido cibo 23, 4; cibo 23, 5; ruta cimino 23, 6; anito appio cocto 23, 9; vino 23, 13; opithomo puleio aut satoreia et aneto 23, 15; ipso sanguine nigro exiente 23, 17; grande malo 23, 18; vino suptile albo et antidoto 23, 21; nato 23, 24; vino suptile 23, 27. 30]. Præterea in hisce, nisi potius accusativi m finalem evanuisse statuendum sit: modicum sale 3, 5; aquosa mulsa bibere 3, 11; turbulenta urina 7, 6; munda 7, 7; mastice trita 10, 10; mastice 10, 15; remissione 9, 33; aqua frigida bibere 11, 25. 15, 9; quartana 13, 6; dieta observando 17, 29; febre 18, 2; nulla commotione

20, 4; sorbitione facta 19, 22 [medicina 22, 18; habente 23, 1; aqua cocta 23, 6; tysena 23, 13; lactuca pusca aqua frigida 23, 29; sale 23, 29; menta beta 24, 5]. *Ablativus absolutus subiecto carens:* volentibus 4, 21; sublato 16, 5; iterato 19, 4 (R. 342); *ablativus absolutus nominativo iunctus:* convenientibus duæ conmotiones 16, 20; *ablativus absolutus pro participio coniuncto positus* (R. 450): tostario trita oxybafo colas 2, 19; tangentibus sentiat 11, 2; laborantibus agere eos oportet 13, 8; si alia interveniente causa prohibeat 15, 4. Cf. præterea præpositiones.

Proximus iunctum genetivo: 7, 13; *proprius dativo* 20, 27. 28; *medius dativo:* 7, 8.

Nomen.

Declinatio I pro secunda: alfita 2, 10. 16, 3; balneæ 9, 7; myrta 3, 22; ypocondria 12, 26. 18, 7. 16; *pro tertia:* apozema [23, 15]; cresipelas natas 15, 26; flegma 17, 33; ficuma [22, 11. 15; 23, 5]; inguina 9, 23. 25; reuma 3, 33. *Genetivus pluralis in um syllabam exiens:* efemerum 8, 21.

Declinatio II pro tertia: mastici genet. [23, 2]; ex mutationis [22, 5]; *pro quarta* (R. 260): victo [23, 27]; pulso 19, 22; pulsi 19, 30; exputorum 7, 31; se cessos 3, 33; accessos 14, 26; de accessis [22, 13]. *Genetivus plur. in um exiens:* membrum 17, 22.

Declinatio tertia. Nominativo sing. es pro is: febres 12, 8. 26. 29. 30; 14, 16; sites 12, 3; *dativo sing. e pro i:* siligineo colore subsimilis 7, 15; sanguine se miscere 14, 17; sanguine similis [23, 26], cf. Hertzii vindic. Gellian. alt. p. 7; *accusativo sing. em pro im:* tussem 5, 9; sitem 6, 2; *ablativo sing. e pro i:* febre 6, 1. 9, 7. 27. 32; 11, 1; 14, 1. 21. 24. 28; site 6, 1; vitale 16, 10; dulce 12, 15 [vino suptile 23, 21; victo suptile 23, 27; grande malo 23 18; omne 22, 22], cf. Ros. 122; *ablativo sing. i pro e:* deficienti 20, 10; habundanti 8, 22, cf. Ros. 123; *genetivo plurali ium pro um:* principium 20, 22.

Præterea ista quoque huc pertinent: quis = quibus 17, 16; vasum vasi vaso 4, 5. 16, 2. 18, 5. 33, cf. R. 260, Ros. 128. 220; lactis = lac 4, 5. 6; lactes = lac 4, 2; lactis = lactes 4, 8 (cf. similis Ros. 124); clysteris = clyster 11, 18. 12, 26. 19, 17, cf. Ros. 120; senape 13,16; ossarum = ossium 21, 26; suptiles = subtilis 2, 18.

Declinatio quarta pro secunda. Accusativo plur. us pro os: porus 9, 6; sucus 15, 32; feniculus coctus edet 5, 15, cf. R. 520, S. II, 95.

Comparatio

Comparativus iunctus a præpositioni (R. 452): dulcior a cruditate 4, 7; melior ab hæc 4, 17; plus a ratione 6, 30. 9, 6. 18, 19 (plus quam ratio postulat 17, 6);

plus a natura 17, 11. 18, 16. 18; *comparativus iunctus de præpositioni:* de supradictis humidior 1, 1; de omnibus meliores 7, 26; *comparativus contra præpositioni iunctus:* pigrior contra consuetudinem 21, 7.

Plus comparativo iunctum (R. 279): plus humidior 1, 1; calidior plus a natura 17, 11; plus superius 7, 30. *Magis:* magis senior 20, 1. *Mediocriter:* mediocriter pinguior 7, 20.

Magis superlativo iunctum: magis pessimæ 8, 1. *Nimium:* nimium extremus 19, 10. *Satis:* satis utilissima 3, 10. *Valde:* valde pessima 8, 12.

Adverbia pro comparativo posita: magis humida 3, 8; *pro superlativo:* valde flava 7, 34. 8, 11 (8, 17); calidus satis 10, 18; parvus satis 10, 33; pinguis satis 19, 26; calida et sicca maxime 8, 19; satis perparvus 19, 10; quam plurime humida 12, 29; mediocriter asper 18, 27; mediocriter calidus 13, 15; perfrigidus 12, 28.

Parvissimus 18, 19, cf. R. 279. *Superlativus pro positivo positus:* 16, 11. 17, 25 etc., cf. R. 415 seq.

Pronomen.

Demonstrativum ante relativum omissum: vel quod infermentatum in se habet amittat 3, 2; dare oportet qui infrigdant 9, 13; cf. 3, 26. 28. 4, 1. 21. 27. 28; 5, 1. 7. 16; 6, 24. 9, 5. 14. 15. 17; 11, 15. 12, 22. 15, 1. 19, 34; *demonstrativum pro relativo positum:* quam tinctores utuntur et ex ea tingunt 7, 15; *demonstrativum in sententiæ conditionalis apodosi positum:* 7, 21. 23. 28, cf. percurrens dolor — hoc 20, 30.

Relativum pro particula conditionali positum: 5, 7. 9, 25. 15, 11. 16, 24; quæ autem membrana circumdant ossa et sentiat 21, 4; *relativum semel positum pro duplo:* alia quas usi sumus et a nobis probata sunt 13, 24.

Pronomina cumulata: alia quæque talia 13, 23; alia altera 18, 16; hæc talis 4, 18; ex ipso — ex eo 4, 5; his — eos 9, 1, cf. Hertzii vindic. Gellian. alt. p. 69.

Aliquo alio si quo modo = si quo alio modo 18, 12; aliqui nom. plur. 18, 14; aliquis = quis præeunte si: 9, 30. 10, 8. 11, 4. 24; 15, 3. 6; 21, 8; ipsut 1, 17. 19, 14 (R. 276. Ros. 217); ipse pro articulo positum: 8, 5. 15. 18; 11, 35. 15, 30. 16, 2. 22; 17, 29. 18, 20. 21, 5 [23, 17]; ipse = is 20, 16 [22, 8], cf. R. 422; iste = hic vel is: 8, 15. 19; 12, 8. 16, 19; his = is 6, 34; hii = ii 8, 22. 11, 9. 20, 8; quanti = quot [23, 31], cf. R. 336; quisque = quisquis vel quicumque 4, 29; suus = eius: oportet addere nuces cum membrana sua 2, 21; mitti oportet castaneas cum mediana sua cortice 2, 29 (cognoscenda bona aqua secundum qualitatem suam 4, 15); ubi = in quo 10, 7. 19, 15; unde = ob quod 19, 11.

Verbum.

Coniugatio secunda pro tertia: perungueas 11, 20, cf. Ros. 128 (perungues = perunguis? 21, 17); accedent = accedunt 13, 33.

Coniugatio tertia pro prima: crepit 2, 18; inflit 13, 12 (cf. R. 283).

Coniugatio tertia pro secunda: reinobatur 3, 28; rescdat 7, 6; perurguantur 15, 28; adhibis 19, 3; admiscis 2, 12; admiscismus 16, 6; apparit 6, 25. 7, 4. 14; 11, 5. 21, 6; debit 4, 16. 11, 29; habit 15, 7; manit 3, 9. 18, 17. 19, 22; miscis 2, 26. 10, 10; movit 11, 21; mulgitur 3, 28; nocit 1, 16. 9, 6; oportit 2, 20. 29; 4, 2. 10. 12; 7, 2. 17; 11, 23. 15, 19. 19, 7. 20, 1; permanit 7, 7; residit 4, 18; solit 10, 33. 20, 30 (cf. R. 283, S. I, 258 seq. III, 117 seq.).

Coniugatio quarta pro tertia: bibire [23, 1. 9. 29]; extinguire [23, 4]; potriscire 4, 9; rarefacire 11, 19 (cf. R. 285).

Colligimus = collegimus 16, 2; optenuerit 16, 28; fitur [22, 11. 13; fiuntur 22, 8. 17; 23, 35] cf. R. 302; differit 11, 35; inferit 16, 16 (R. 286); exiente [23, 17]; calefaciuntur 13, 34 (R. 296); consuetus sum 9, 27. 15, 8; defecto stomacho 10, 10 (cf. R. 296); utere = uti 9, 2; frixus 2, 13. 28; frictus 2, 11, Ros. 122; machinatus passive positum: 2, 11, cf. R. 297 seq.; videri = conspici 7, 14; calere = calefacere 12, 32.

Activum pro passivo: absolvere [23, 13. 30]; coquere 1, 14; determinare 6, 32; extinguere [23, 4. 5]; lavare 8, 33. 34; 9, 9. 22; 12, 17. 18; pausare 9, 31. 11, 28. 12, 9. 14, 27; purgare 3, 30; remittere 12, 25.

Activum addito pronomine reflexivo pro passivo (cf. R. 432): se calefacere 17, 16; se coliigere 3, 5; se comedere 4, 10; se gelare 5, 6; se recolligere 4, 3; se spissare 2, 1.

Præpositio.

Antiptosis. A cum nominativo: ab hæc 4, 17; *cum accusativo* (R. 409): a mel et senape et salsamenta 12, 21; a rationem 18, 19; ab fines 20, 33; *cum accusativo et ablativo*: a vino vetus 12, 22.

Ad cum dativo: ad lento igni 3, 14 (R. 442); *cum ablativo*: ad usu 4, 18; ad spina 19, 4; ad vespera 20, 3; ad capitis dolorem idest cefalargicis 21, 24.

Contra cum ablativo: contra natura 11, 14.

Cum accusativo iuncta (R. 409): cum ptysenas 1, 17; cum semen 2, 13; cum coctum 21, 16; *genetivo* (R. 412): cum oxy rodinu 21, 19. 21; cum opiu 21, 23. Sed hæ formæ et accusativi esse possunt abiecta m finali, cf. p. XXIV.

De cum genetivo: de exputorum 7, 31; de narium 6, 10; de cynodos orexeos 5, 23; *cum accusativo* (R. 410. 523): de constrictionem 9, 3; de insomnietatem 8, 24;

de stignosin 9, 3; (de flegma 14, 26); de eresipelas natas 15, 26; de causos 17, 1; de distemperantiam 20, 23; de coxæ galos vulneratos 6, 7; de angusteas 6, 8; de cholera robea laborantibus 6, 13.

Ex cum accusativo (R. 410): ex tonitrua 5, 5; ex loca 20, 32; ex resolutionem 3, 33; ex sollicitudinem 8, 24. 9, 15; ex tristitiam 8, 24. 9, 15; ex potredinem 11, 7; ex plenitudinem 18, 14; ex multitudinem 18, 30.

In cum accusativo pro ablativo (R. 410): coquere in decem eminas aquæ 2, 7; in musculos residens 5, 8; in sedimen habere 7, 21; in superficiem habere 7, 25; in consuetudinem habere 9, 27 (cf. Hertzii vindic. Gell. alt. p. 14); in eum esse 19, 30; in initium 14, 8; in declinationem 20, 2; in augmentum 6, 20; in vaporosam habitudinem 9, 33; terere in aquæ oxybafa 2, 19; in hoc ipsut est perdurandum 19, 14.

In accusativo et ablativo simul iuncta: miscis in ptysanas et ceteris sorbitionibus 2, 26; in hanc aqua coctum 4, 20.

In cum ablativo pro accusativo (R. 406, cf. Ros. 123. 216. 220): adducitur in aere 4, 32; in piscina descendat 11, 27; in eo descendat 15, 7; extendere in latitudine 2, 5; fluxit in ventre 12, 11; in frenese incidunt 20, 21; infundere in aqua 2, 12. 32. 3, 19; in vino 3, 22. 19, 23; panem in eo infusum 9, 31; infusos in oleo 10, 9; infundere ibidem 10, 11. 16, 3; mittere in coctione 1, 16; in sorbitionibus 2, 25; in pila 16, 1; in quo mittis 18, 33 [in drappo mittis 22, 22]; percurrens in loco 20, 30; in extrema pervenerint passione 15, 2; in perditione veniunt 20, 22.

Inter cum ablativo: inter vera tertiana et causon febrem 14, 25.

Per cum ablativo (R. 408): per successionibus 19, 8; per vomica 11, 13; per urina 17, 34; per ventre 3, 31. 4, 1. 11, 17; per evacuatione 6, 8; per vomitu 18, 8.

Post cum ablativo (R. 408): post remissione 14, 4.

Pro cum accusativo (R. 412. 523): pro nardinum 10, 16.

Propter cum ablativo (R. 408): propter suavitate sola 3, 1.

Secundum cum ablativo (R. 408): secundum ordine praedicto 19, 33.

Sine cum accusativo (R. 412): sine intermissionem 4, 8 [sine albumen 23, 12].

Supra cum ablativo: supra oleo [22, 21].

Usque cum ablativo: usque septimo die [23, 25].

A mane 20, 4 (de mane R. 475); a sursum 18, 26 (R. 232); a surso 18, 28; de foris 15, 27. 28. 30; 16, 4 (R. 232); de semel 13, 22 (R. 232); in aliquot 19, 16; in dia trion 6, 31.

A primo 12, 20; in primo 19, 2; in medio 7, 26. 29; in imo 7, 27; in summo 7, 28; in profundo 21, 5; de profundo 18, 11; de praesenti 8, 34 [23, 18], de subito 18, 23. 24; ex aequali 16, 29.

A pro genetivo: requies a frictione erit 19, 9; *pro solo ablativo*: ab aquis non leduntur 5, 17; ab igne cessare 3, 15.

Ad = contra: 2, 29. 3, 21. 5, 20. 21; 6, 2. 4. 6; 10, 17; 13, 25. 21, 24. *Locutiones*: adtendere ad 17, 29; colare ad 2, 12; coquere ad 1, 13. 3, 14. 4, 2; torrere ad 2, 16. 26; dare ad accipiendum 16, 5; infirmiores ad continendum 1, 20.

Cum pro ablativo solo: cum pinna tollere 4, 3; cum ferula movere 4, 4; cum calda temperatum 4, 10; cum sale temperatus 5, 16; cum oleo perunguere 11, 20; cum sindone involvere 18, 27; cum spongea fomentare 21, 29; *pro adiectivo*: cum vapore sunt aut acredine 8, 18; cum oleo lanæ 10, 7; *cum pro ablativo instrum. vel præpositione in*: tritus cum aqua coquitur 2, 3; coquis cum aqua 2, 31; aqua cum vaso detur patulo 18, 5; opiu cum lacte muliebri tritum 21, 18, cf. 21, 20. *Cum addita ablativo absoluto*: cum pinguedine mediocri consistente 7, 5; cum lana superposita 8, 30.

De pro genetivo (R. 426, Ros. 120, 215): de pane partem interiorem 2, 33; de cynodos orexeos curatio 5, 23; signa de febribus 10, 27; purgatio de stomacho 11, 13 [alas de pullo 23, 10; pedes de lactente 23, 11]; *pro genetivo partitivo*: de holeribus [23, 10]; de volatilibus [23, 10. 30]; de quatropedibus [23, 11]; de piscibus [23, 31]; *de pro adiectivo* (Ros. 120. 215): de paludibus aquas 5, 9; *de = ex*: de balneo exire 9, 9. 11, 28; de corpore ascendere 12, 5 [de accessis intelliguntur febres 22, 13]; *de causam vel originem vel materiam significans* (R. 392): fit differentia de his 1, 2; de cucurbitis confectus 1, 19; facis de pane 2, 1; alfita de hordeo fricta 2, 10; sucus de milleo 2, 16; de hordeo sorbitio 2, 22; de qua re 7, 2; febrire de siccitate 8, 23; de insomnietatem 8, 24; de frigdore 8, 32; de stignosin 9, 3; de cibis acceptis 9, 6; de furore aut de iracundia 9, 13; de vigiliis 9, 15; de inguinibus 9, 22; de passione 15, 25; generari de flavis choleribus 8, 4; de salsis humoribus 15. 23; de eresipelas natas 15, 26; vulnus de quo inguina generata est 9, 23; de quibus vexatur 18, 15; de alica sorbitio facta 19, 22; de choleribus fieri 19, 34 [de melancholico humore fieri 22, 12; de seminibus farinam facis 22, 21]. *De pro ablativo instrum.* (Ros. 121): de crudis humoribus repletus 19, 25; de posca fomentare 21, 29: cf. Hertzii vindic. Gellian. alt. p. 66.

Ex = de: ex aliis occasionibus 20, 19; *ex = in*: ex aqua coctus 1, 1; ex leucozomo facti pisces 9, 11; *ex = secundum*: fit ex hac subrobea 7, 16; *ex pro genetivo partitivo*: 13, 24. 15, 31; *ex pro ablativo instrum.*: ex eo infundendus est

8, 29; ex eo oleo corpus perfricetur 13, 27; *ex causam significans*: album ex pane 2, 13; ex ægritudine 2, 17; ex resolutione ventris 4, 1; cf. 2, 22. 3, 5. 11. 21; 4, 5. 5, 5. 6; 6, 9. 8, 3. 22. 24. 26 etc.

In omissa: septentrionali parte 4, 22; *in addita*: in initio 1, 15. 17; 6, 15. 17. 18. 20; 9, 28. 10, 32. 33. 38; 11, 4. 10; 18, 10. 13; 15, 27; in principio 8, 26; in illo tempore 1, 14; in eo tempore 11, 28; in uno tempore 16, 20; in quo tempore 19, 9; in æstate 5, 5; in aliis horis 12, 8; bis in die 12, 17; in ipsa prima die 8, 15; in primis diebus 14, 3 [22, 19. 23, 8. 15]; in primis tribus diebus 19, 8 [in paucis diebus 23, 7]. *In addita ablativo absoluto*: in statu iam declinante 6, 20. *Locutiones*: in antelatis 20, 12; in augmento temporis 14, 1 (6, 20); in requie habere 13, 19; in usu esse 4, 9. 14; in potione datus = pro potione 12, 33 cf. Ros. 123; in tumore magno efficitur 18, 16; in tumore fit 18, 17; miscere in oleo 10, 10; miscere in aliquid 2, 26.

Per pro ablativo: per cibum et potum 5, 14; per evacuationem 6, 8; per hoc 16, 15 [24, 1] Ros. 218; per effusionem 7, 10; per urinam 11, 12. 17 34; per vomicam 11, 18; per vomitum 12, 12. 15, 16. 17, 38. 18, 6; per seccessus 14, 8; extinguitur per aquæ potionem 15, 17.

Sine cum participio coniuncta: sine his adhibitis 18, 23. Sine febribus = non febrientibus 2, 15.

Præpositio non repetita: in gustu et odore 4, 15, ex sollicitudinem et tristitiam et de insomnietatem et furorem 8, 24; ex tristiziam et sollicitudinem 9, 15; in scapulis aut dorso 22, 1 [ex mutat. temporum, ætate, labore, æbrietate 22, 6; in primis diebus aut prima septemana 22, 19; in tercianis — istis autem 23, 15].

Adverbia et coniunctiones.

Adverbium pro adiectivo positum: virtutes aliæ plus et aliæ minus 1, 8; sin minus constrictio 8, 18; similiter quartano æstimandus 14, 21; minus habent dolores 21, 1.

Adhuc = præterea 8, 1; amplius = plus 18, 5. 19, 17. 18; ante 1, 15. 2, 32; antea — et = antequam 5, 15; aut = vel: singulas aut binas species vel totas 2, 14 etc., sæpissime; conpetenter 1, 11; enim explicativum 3, 13; et neque 12, 15. 13, 8. 14, 4. 24; 15, 6. 7; 19, 6. 7; neque — et neque 13, 4; et neque — neque — et neque 19, 6; et non 1, 20. 3, 32. 4, 23. 5, 13. 9, 20. 33; 10, 34. 15, 29. 16, 4. 18, 4. 19, 12 [28, 4]; et sic (pro participio): 2, 8. 9. 20; 3, 3. 14; 5, 10. 8, 29. 31; 10, 3. 11, 17. 14, 17. 19, 1. 3. 15; 21, 16. 23 cf. Ros. 122; etiam et 1, 9. 3, 5. 23; 5, 12. 7, 17. 9, 24. 27; 13, 10. 15, 3. 17, 32. 34; 19, 16. 20, 17; deorso 18, 27; ioso (dioso) 18, 8; dum = postquam 4, 16; ergo resumptivum 5, 2. 10, 3.

11, 33. 16, 21; fortiter = valde 13, 23. 21, 30; incessanter 3, 7, cf. R. 153; in tantum — in quantum 6, 27; interdum — interdum = modo — modo 10, 18; ita ut 1, 17. 2, 6. 11. 28; 3, 28. 12, 3; iterato 19, 4 (R. 342); magnifice = valde 2, 29; male = valde: male vexatur 18, 15; magis = plus: et si magis digestionis sunt signa, plus expedire probatur 15, 22 etc.; mediocriter 9, 14. 18, 38; minus = non 9, 16; modice 1, 16. 2, 20. 19, 20 (R. 345); modicum = modice 2, 14. 8, 5. 4, 11. 14, 3. 16, 3; mox = simulac 3, 28. 19, 30 (R. 400); *nec* particula ante consonantes et h litteram quinquies posita est, *neque* tricies et quinquies ante consonantes et vocales promiscue; neque = ne quidem vel non (Ros. 218): 7, 2. 10, 30. 13, 3. 15, 18. 16, 13. 19, 7. 21, 17 (cf. et neque); nigrum 20, 10; nihil = non 1, 16. 19, 11. 21, 6; nihil minus 3, 32; nimis = valde (R. 342) 1, 12. 3, 4. 7, 14; nimium = valde 5, 12. 9, 6. 22. 19, 10; non enim 3, 7. 16, 18; post hæc = postea 9, 10. 10, 21. 12, 8. 13, 13. 21, 10; post modicum = mox 7, 6. 7; 12, 4. 5; præter 2, 25; præter quia 14, 24; prius — et iterum = priusquam 2, 6; quantum = quatenus 7, 18; quia = quod 4, 8 (R. 402); satis = valde 3, 10. 5, 13. 7, 9. 8, 8. 10, 13. 18. 33; 12, 27. 13, 3. 15, 20. 18, 28; 19, 10. 26; sata = satis? 10, 1; si = num 21, 7; sive — seu 13, 10; seu — aut 17, 11; si non 9, 20. 11, 24. 15, 1. 19, 15. 16 [22. 10. 23, 17. 27]; sicut = quasi 10, 11. 20, 28; sicut = exempli gratia [23, 20. 28]; sicut — sic 17, 2 Ros. 219; sicut — ita 20, 28; supra 4, 3; suso aut ioso 18, 8; tamdiu donec 13, 11; usque quo [23, 13. 29]; ut = donec: tamdiu ut 4, 6; ut = quasi 20, 27; ut puta 17, 30 (R. 344); ut non = ne 2, 13; vel = aut, sæpissime, vide s. v. aut; vel = etiam 9, 28. 12, 22.

Casuum rectiones.

Abstinere aliquem ab aliqua re 3, 27. 28; 12, 21. 24; contingere in aliquo 20, 30, extinguere alicui aliquid 18, 6; incurrere aliquid 20, 9; infundere aliquem 8, 30. 34; iudicare aliquid = de aliqua re 4, 21. 28; laborare aliquid = aliqua re 2, 17. 13, 8; nocere aliquem 4, 8. 9, 6 (R. 441); præstare aliquo vel alicui 13, 31; providere aliquid 14, 11; removere aliquem aliqua re 3, 28; superare de aliquo 16, 20; temperare alicui 16, 20. 17, 14; uti aliquid 5, 7. 7, 15. 8, 27. 9, 2. 24; 10, 17. 24; 10, 14. 24; 11, 23. 12, 14. 13, 13. 15. 16. 24; 15, 23. 32; 18, 31. 32; 19, 27. 21, 7 (R. 415); uti aliqua re 10, 14. 15, 4. 17, 30. 18, 30. 19, 4; uti accusativo et ablativo simul iunctum 8, 27 18, 32; vetare alicui [23, 19].

Sententiarum structuræ.

Convenit infinitivo activo iunctum 10, 4. 19, 23; passivo 15, 24; *expedit* cum inf. activo 15, 24. 30; passivo: expediunt addi sucos 12, 30; *inutile est* cum. inf.

act. 9, 28; *iubeo ut* 11. 27; *necesse est* cum indicativo: necesse est nascitur 11, 34; cum coniunctivo omisso *ut* 14, 20. 22; 20, 29; *necesse* 14, 19; *non est ut* 4, 17; *cognitio est ut* 11, 1; *oportet* cum nominativo et infinitivo: hii — perfricare oportet 8, 22; aliae evacuationes oportet fieri; cum dativo et inf.: 15, 20; cum coniunctivo: 19, 11; cum infinitivo activo pro passivo: 2, 4. 18. 20; 4. 11. 13; 8, 5. 22. 25. 29. 32; 9, 2. 13; 10, 4. 6; 11, 14. 19. 23; 12, 11. 13, 8. 9. 19; 19, 1. 7; 20, 1. 21, 6. 29; cum inf. activo et passivo 4, 2 (cum inf. passivo 1, 15. 2, 29. 9, 12. 11, 11. 15, 20. 18, 2. 11; 19, 18. *Permittere* personaliter positum: permittendus est ut 19, 7, cf. probatur expedire 15, 22; istae sperandae sunt esse 4, 26; *potest* cum inf. act. 11, 20; *infinitivus pro gerundio*: 2, 6. 3, 15. 8, 25. 10, 6. 12, 12. 19, 2. 3; *infinitivus a verbis pendens*: dare 2, 20. 9, 30. 10, 26. 12, 14. 13, 23 [23, 10]; facere 20, 13; praevalere 15, 2; valere 10, 14; praesumere 9, 23; prohibere 9, 22. 15, 4; non absque ratione fit adhibere 18, 3 [dimittere 23, 18], cf. R. 447. *Quia* pro accusativo et infinitivo 4, 8; cf. Ros. 126. 219.

Gerundium et gerundivum.

Gerundium accusativo iunctum pro gerundivo: haec faciendum est 8, 31; *gerundivum pro gerundio*: istae sperandae sunt bonae aquae esse 4, 26; *gerundivum accusativo iunctum*: spumam auferenda est 3, 15; vinum suptilem dandus est 9, 19; dandus est vinus et cibos tenues 9, 25; absos calidos sunt superinponendi 10, 8, cf. 11, 20. 12, 11. 18; *accusativus gerundici pro nominativo*: lanas sunt superinponendas 10, 7; carnes porcinas prohibendas sunt 13, 14; *gerundium nominativo vel accusativo pro dativo iunctum*: perdurandum est utentes 19, 14; *gerundium pro participio praesenti positum* (R. 432): infundendo 4, 9; percutiendo 4, 18; manando 7, 11; instillando 8, 30; observando 17, 30; angustiando 18, 24; deducendo 18, 27; trahendo 18, 28; fricando 19, 1; faciendo 19, 5; califaciendo [22, 23]; mutando [22, 23]; amaricando [24, 1]; fovendo [23, 5]; citando [24, 5].

Modi.

Indicativus in sermone obliquo positus: 1, 4. 4, 8. 28. 30; 6, 6. 11. 22. 28; 8, 6. 20, 19. 21, 7, cf. R. 428; *coniunctivo iunctus*: quae residit et gravaverit 4, 18; cf. 7, 6. 20. 21. 24; 9, 27. 11, 29. 14, 15. 15, 5. 28; 16, 27. 19, 26. 21, 4 [23, 16. 26]; *verbo necesse est iunctus*: 11, 34, cf. R. 429.

Coniunctivus in sententiis relativis positus: 3, 28. 32. 5, 6. 7. 17 etc. (tricies); una cum indicativo: 4, 18. 7, 24; praeeunte quisquis 4, 20; quantum (quanto) 7, 30.

Modi a certis adverbiis pendentes: cum c. indicativo quater: 1, 12. 7, 11. 11, 28. 19, 26; c. coniunctivo vicies quater 1, 18. 2, 1. 3, 31 etc.; *si* cum ind. vicies quater:

2, 8. 5, 2. 6, 25. 32 etc.; cum coniunct. septuagies bis: 1, 5. 15. 16. 17; 3, 7. 8. 18. 28. 29 etc.; cum indicat. et coniunct. 9, 27. 15, 5. 28 [23, 16. 26]; *nisi* cum ind. 11, 6; cum coniunct. 1, 6. 13, 9. 19, 8; *quando* indic. 4, 10. 6, 18. 24. 30; 14, 1. 28; 16, 26. 21, 6; coniunct. 12, 17. 14, 15. 20, 31; indic. et coniunct. 16, 27; *quodsi* indic. 2, 9. 8, 10. 10, 19. 12, 24. 17, 33. 19, 16. 21, 32; coniunct. decies novies: 6, 26. 7, 18. 8, 32. 33. etc.; indic. et coniunct. 7, 6. 20, 22; 11, 29. 19, 26; *antequam* cum coniunctivo solo: 5. 16. 7, 1. 8, 33. 9, 23. 10, 1. 6; 11, 19. 12, 18. 14, 30; *dum* indic. 1, 14 [23, 3]; coniunct. 3, 15. 4, 16; *donec* cum coniunctivo solo: 1, 13; 3, 4. 20. 27; 9, 9. 24; 12, 25. 13, 11; *quamdiu* indic. 2, 7 (nisi *crepit* pro *crepet* accipiendum est); coniunct. 1, 12; *usque quo* cum indicativo solo [23, 13. 29]; *etsi* cum coniunctivo solo: 12, 18; *etiamsi* cum coniunctivo solo: 18, 21; *quamquam* cum indicativo solo: 16, 21; *sicut* cum coniunct. 20, 28; *quasi* cum coniunct. 21, 4.

Praesens cum futuro copulatum: quisque vult, poterit 4, 29, saepissime. *Coniunctivus praesentis post tempus perfectum positus:* nisi — videris, ut sic flebotometur 13, 10.

Esse copula omissa 1, 3. 8, 7. 12; 16, 18. 17, 4. 19. 33; 18, 31 [23, 25] Ros. 215; *verbum regens omissum* 1, 3. 3, 18. 7, 23; *anacoluthia* 5, 7. 8, 22. 10, 3. 11, 33; *sententiæ cumulatæ* 11, 26. 28. 18, 2; *particula conditionalis omissa* 20, 11; *et in apodosi positum:* si quis praevideat futuram pestilentiam — et tunc sanus poterit permanere 17, 28; *asyndeta* 2, 19 [23, 9]; *locutiones pleonastice dictæ*: mox in initio 1, 15. 17. 11, 4. 10; mox ab initio 12, 24; mox in principio 8, 26. 19, 18; mox a principio 9, 28. 11. 34. 18, 26. 20, 17; mox a primis diebus 13, 33; simul invicem 16, 20; amplius augmentare 3, 11; cf. supra p. XX s. v. etiam et, ita ut etc. *Totum pro parte*: urina sanis hominibus similis 7, 4; pulsus sunt similes sanis 8, 18.

Verborum collocatio. Præpositiones: in autem longa 9, 29; in autem vaporosam 9, 33; post autem evacuationem 11, 11; post vero dies tres 19, 13; *particulæ postpositæ*: ante vero pro sapore si 1, 15; lenticla autem si 1, 17; solis vero cursus quascumque penetraverit loca 4, 25; mordicatio vero si aliqua fuerit facta vel defectus si sit 10, 8; cf. 4, 25. 9, 30. 11, 16. 25. 12, 6. 7. 17; 17, 13. 21, 1 (si); 12, 5 (cum); 17, 31 (ut); 10, 29 (quae).

Graecismi.

Græca nude posita (cf. R. 451): ana 21, 24. 26; dia trion 6, 31. 13, 16, cf. Ros. 215; ex enantiu 10, 16.

Declinatio: accus. sing.: crisin 15, 1; diaspolitin 13, 17; paralysin 13, 29; stignosin 9, 3. 20; syntexin 4, 1. 5, 18. 18, 8; ypostasin 17, 25; accus. plur.: pandemus 17, 5; (porus ? 9, 6); genet. sing.: cynodos orexeos 5, 23; ypocistidos 10, 16;

agnu sperma 13, 30. Dubiae sunt hae formae: crocu 21, 21. 22. 23. 24. 26; cyminu 10, 25; melilotu 21, 22. 23; opiu 21, 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 26; opiu Cyrinaicu 13, 25; origanu 12, 30; oxy rodinu 21, 19. 21; ysopu 12, 30, quia non pro Graecis, sed pro Latinis sive nominativis sive accusativis m littera finali orbatis eas accipi posse haec demonstrant: nuclu 2, 27; piniu 2, 14; pulciu 1, 18 nec non, quod 10, 11 legitur, *liquidu*. De m finali suppressa vide supra p. XIV. Itaque illae quoque ablativorum formae, quae, si m finalem addas, in accusativos transeunt, non pro ablativis meris, sed pro accusativis m finali carentibus haberi possunt, ut p. 7, 6. 7 etc.

De aliis Graecismis cf. supra p. XIII. XVII (de c. gen.) XXII (gerund.).

III.

Lexicographica.

Vocabula Graeca vel a Graecis derivata.

Agaricus 13, 26; agnu sperma 13, 30; Agragantinus ager 17, 19; alfita 2, 10. 10, 18. 16, 3; aloe 10, 15; amigdala 2, 13. 27; anetum 12, 14. 18, 33 [22, 20. 23, 7. 9]; aneurisma 7, 26. 27. 29; 17, 25; anissum 2, 14; antidotus 13, 16. 23 [23, 1. 21]; apomellis sucus 11, 16; atrofus 9, 17. Balanus 21, 25. 26; balaustia 10, 17; bradipora 4, 22; bregma 8, 30; bromus 4, 5; bruncocelas 5, 8; bulimis 5, 25. Calaminthis 13, 26; calasticus 18, 30. 32; camimelinus 11, 20. 23. 31; 18, 32; cataplasma 14, 11 [22, 20. 22]; cataplasmare 13, 20 [22, 19] R. 253; catapotia 6, 2; catarus 8, 33. 34; catharticus 12, 33. 13, 22. 14, 12. 18, 22; caucalis 5, 15; cauma 17, 26; causodes 11, 25; causos nominativo 11, 6; 14, 30. 18, 6; accusativo plurali 14, 19. 15, 18; causus nominativo 14, 23; causon nominativo 15, 23; genetivo 15, 10. 14; accusativo 14, 25. 18, 2; ablativo 15, 11. 15. 18, 20; cefalargicus 21, 24; cerotum 10, 14; cholera cholerum 2, 17. 3, 10. 19; 6, 4. 13; 8, 4. 20; 9, 29. 11, 34. 13, 4. 14, 17. 18; 17, 22. 19, 34 [22, 12. 16]; colera colerae [22, 11]; cholericus 2, 8. 9; 3, 10. 33; 6, 14. 9, 29. 10, 1. 11, 29; 12, 7. 15, 12. 15; 16, 23. 30; 17, 23. 24; clysteris 11, 18. 12, 12. 26; 13, 13. 19, 17, cf. Ros. 120; coccymela 1, 5; coco Gnidius 13, 30; copodis 18, 29; costus 13, 28; crisis 15, 1; cristallum 5, 6; crocum 21, 21. 22. 23. 24. 26; Cydonia mala 3, 20; Cytonea mala 3, 21, cf. Ros. 120. 214; cyminum 10, 25 [23, 2]; cynodes orexis 5, 23; Cyrenaicum opium 13, 25. Dactuli 10, 17; diabetis 7, 11; diaforeticus 18, 31; diaspolitis 13, 17 [diospolitus 23, 21]; diarria 17, 23; dieta 13, 11. 15, 18. 17, 29. 21, 7; diureticus 13, 21, cf. Ros. 215. Ecticus 16, 9. 10. 13: efemerus 8, 13. 14. 19. 21; 9, 11. 18. 19. 27 [22, 7. 23, 34]; emigrania 20, 30; emitriteus 11, 5. 16, 19. 29. 30; epar 20, 9. 23; ephialus 11, 5;

epithymum [23, 15]; eresipelas 15, 26; erisipelatodes 15, 21. 25. Fasianus [23, 30]; flebotomus 11, 11. 14, 33. 15, 4. 17, 34. 18, 22; flebotomare 11, 9. 13, 10. 15, 1 [23, 16. 27]; flegma 14, 12. 17. 19. 26; 16, 24. 28; 17, 33; fleuma [22, 11. 15; 23, 5]; flegmaticus 8, 3. 14, 2; fleumaticus 16, 31; flegmon 19, 24. 32; 20, 9; frenesis 20, 21. Gnidius coco 13, 30. Inpneumatosis 10, 24; irinus 9, 2. Leucozomum 9, 11. 10, 20; lipoperiodea 11, 5. Mandragora 21, 18; marciaton [22, 23]; mastix 10, 15 [23, 2]; mela 3, 19. 10, 19 [23, 12]; melancholicus 13, 2. 22; 14, 22 [22, 12. 16]; melilotu 21, 22. 23; melinus 10, 14. 16; melones 1, 4; melopepones 1, 4; murra 12, 19. 21. 24. Nardi 12, 30; nardinus 9, 2. 10, 9. 10. 14. 16; narduae 10, 15. Ocra 7, 15; subocra 7, 32; omfacinus 8, 28. 16, 6; opium 13, 25. 21, 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 26; orexis 5, 23; origanum 12, 20; oxybafum 2, 19; oxymellis nominativo 3, 17. 12, 33; genetivo 11, 16; oxymelle accusativo 19, 26. 28, cf. Ros. 125. 218; oxy rodinum 21, 19. 21. Pandemus 17, 5; paralysis 13, 29; pausare 9, 31. 11, 28. 12, 9. 14, 27 [23, 4] R. 253; pausatio [24, 2]; pentamyron [22, 23]; periodicus 13, 25; petroselinum [23, 7]; pipereon 13, 16; pirum 10, 19; plethoricus 9, 20. 21; polytrofus 21, 8; porus 4, 23. 9, 6; procatarcticon 10, 30; ptysana 1, 4. 11. 18; 2, 26. 3, 3. 9, 10. 11, 15. 12, 30. 15, 24. 19, 21; pyretrus 13, 28. Rafanus 14, 11; reuma 3, 33. Scirus 15, 7; senape 12, 21. 13, 16; Sicyonius oleus 18, 31; spasmi 17, 26; sperma agnu 13, 30; sterea 14, 15. 16, 11; stignosis 9, 3. 20. 21; stomachus 10, 10. 12. 13; 11, 13. 18, 15 [22, 11. 19]; storax 21, 26; stypticus 3, 18. 22; 5, 10. 11; 8, 25. 10, 21. 26; 18, 31. 20, 13; sycamina 1, 5; sycomora 1, 5; symptoma 6, 25. 7, 9; syncopos 18, 13. 24; 19, 32. 34; 20, 5. 7. 19. 20; synochus 11, 22; 14, 13. 14. 16. 29. 31. 32. 33; 16, 27. 30 [22, 7. 12; 23, 24]; syntexis 4, 1. 5, 18. 18, 8. Thorax 17, 26; Tyriaca antidotus 13, 23; typicus 14, 14. 15; typus 14, 26. 29; 16, 27. 30; tyfodes 11, 6. Yosquiamus 21, 24; ypnoticon 21, 18. 21. 23; ypocistis 10, 16; ypocondria plur. 4, 17. 16, 4; nom. sing. 12, 26; 18, 7. 16; ypocro 7, 14; ypostasis 7, 21. 23. 29; 17, 25; ysopus 12, 30.

Voces Latinae notabiles.

Absos purpurae 10, 8; acidonica potio 3, 25; adeps gen. masc. 10, 23, Ros. 118, 213; agere mitius 13, 8; agramen [23, 12]; alica 10, 19. 19, 22. 20, 15; alienatio = delirium 15, 13. 17, 22. 18, 9; amaricare [24, 1] R. 162; angustiare 18, 24. 21, 29, R. 163; antecedere = procedere, progredi 6, 30; aquatissimus 3, 12; aquosior 1, 7; aspratilis 10, 20; augmentare 3, 11. Causa = morbus 14, 11. 15, 5. 16, 6; causa aegritudinis 13, 8, cf. R. 306, Ros. 214; cibare 12, 25, R. 154; circatio [22, 19]; cognitio = signum 11, 1; cognoscere de [23, 24]; confractio 18, 29, R. 71; conspissare 3, 7; cottidianus = cottidiana febris 14, 21. Deambulare 3, 29, cf. R. 38;

despumatus 3, 15, Ros. 215; digestibilis 2, 22. 9, 12. 12, 26. 13, 12; distemperatu 17, 10. 20, 24, R. 204; distemperantia 20, 22. 23; donare = dare [23, 4. 23]; drappum [22, 22]; durare multum = augeri 14, 1. Elegans = peritus [23, 36]; eventari 3, 2; excernere per secessus 14, 3; existimare = consuevisse 4, 28; exungia [22, 21]. Facit 3, 32; facit bene 20, 18; facit similiter 21, 18, cf. Ros. 122; focus = ignis 1, 12. 13, R. 313; fortis = sanus, validus 6, 26. 11, 9; frigidis curare 8, 26. Galos coxae 6, 6; gutturosus 5, 4. 9. Incatara 1, 19; inconsuetus 17, 7; infermentatus 8, 1; infirmans = aegrotans 11, 25, R. 370; infracticius 9, 12; ingenium facere [23, 36. 24, 4]; infrigdare, vide supra p. XI, R. 205. Lactens cervellus [23, 11], cf. Hertzii vindic. Gellian. alt. p. 48; laetificare [24, 1]; lamninosus 7, 22; linteamina 16, 3, R. 26; luere = diluere 2, 18. Maccinata 2, 11; malitia 5, 2; malitiosus 4, 13; manducare = edere, manger [23, 10. 30]; medianus 2, 29, R. 128; mordicatio 3, 17. 23; 10, 8. 22; 11, 2. 15, 12, R. 81; muta virtus = nullius momenti 2, 1. Nucleus = nux 2, 14. 27, Ros. 125. Ocra 7, 15; omnis = quisque [22, 13]; otiositas 17, 15, R. 52; opus habeo 18, 21. Paludestria loca 17, 8; parvissimus 18, 19, R. 279; pensa 4, 29; percurrens pro adiectivo positum 20, 31; per se [23, 21]. Qualia pondera 10, 15 (21, 21); quartanum = quartana febris 11, 35. 12, 1. Rarus = tenuis, mollis 9, 5. 11, 20; rarefacere 11, 19. 20, 12. 14; robrus (rubrus) = ruber 2, 18. Savanum 11, 28, R. 250; Saviniensis oleus 18, 30; secundus venter 2, 9; sedimen 7, 19. 21. 24, R. 28; sementes uvae = semina 3, 24; sensibilitas 18, 29; septimana [22, 19]; siccidior 17, 12; siccitas 17, 31; significat impersonaliter positum 6, 32. 34; 7, 20; solium = lavacrum 9, 8. 12, 16; solidi [23, 22]; sorbitio = potio 2, 2. 4. 24. 25; 3, 5. 12, 26. 19, 22. 20, 15; sordidus pulsus 8, 17; species = specimen 2, 14; sputamina 7, 32, R. 27; sternutamenta 22, 2; stigatio corporis 16, 25; stupida membra 18, 29; subocra 7, 32; subsiligineus 7, 32; subspumosus 7, 33; subvenit = expedit 18, 28; suggluttium 6, 5; suptiliare 12, 29. 22, 1. Tertianum = tertiana febris 11, 35. 12, 23; tertianus = tertiana febris 13, 3. 16, 21; tostarius 2, 19; toti = omnes 2, 14, R. 338; triturare [23, 2]. Vaporatio 10, 2; veniens pro adiectivo positum 6, 31; ventosas inponere 22, 1; vespera 20, 3.

I.

Oribasii synopseos libri IV cap. 33—42.

(F 15ª) ..... de supra dictis est humidior. Ex aqua autem sola coctus plus est humidior. Maxime enim in coctione ciborum fit differentia de his, quæ supermittuntur eis. Virtutes seminum et olerum, quæ desiccare possunt, aliæ plus et aliæ minus.

XXXIIII. QVÆ VMECTANT. Ptysanas, cocurbitas elixas, melones, melopepones, cucumeres, nuces uirides, coccymela, sycomora, sycamina, si non corrumpantur, humectant. Infrigdant autem, sed non omnes, nisi frigida accipiantur. Lactuca humectat, intuba minus. Porcacla, malua, bletus, atriplex aquosiora olera sunt Humidi igitur sunt non minus et aliorum aruorum fructus et maxime, qui non reponuntur. Humectant etiam et lactucæ et papaberis semen et faua biridis et cicer uiridis. Aqua humectat et infrigdat, calefacta autem humectat et calefacit.

XXXV. DE COCTIONIBVS SVCORVM. Ptysanæ conpetenter sunt conficiendæ. Nam quamdiu nimis frequenter fuerint inflatæ, cum coquuntur, focum maiorem debent habere. Postea autem ad lenem focum est coquenda, donec sucos faciat spissos. Admiscendum est autem ei in illo tempore, dum inflatur, acitus et quando bene coxerit, addi oportet salem tritam non multum. Ante bero pro sapore si in initio mox oleus mittatur in coctione, nihil nocit. Sed et si porrus modice mittatur et anetus, et hoc ipsut mox in initio. Lenticla autem si cum ptysenas uene coquatur, ita ut amplius ptysanas mittantur et condiantur satureia et puleiu et cum coctæ fuerint, edantur. Est etiam cibus de cucurbitis cum sardenis uel (f. 15ᵇ) incatara in patella confectus: suabis autem est cibus. Qui autem infirmiores sunt ad continendum et non possunt

---

I Cod. Bernensis F 219 sæc. VI fol. 15—18.

2 que 5 coccy. mela 9 lactuce Aqua] *excidisse post hoc vocabulum videtur* frigida 14 tepore

suscipere, pinguiorem aquam facis de pane infuso optimo et coquis et cum se spissauerit et facta fuerit sorbitio, mutam uirtutem amittit. Conficitur autem sic: panis quam calidissimus frangitur et infunditur ed tritus cum aqua diligenter coquitur cum aqua et facta soruitione datur. Item. Febrientibus oportet hordeum non in pila tundere, sed grana ipsa oppressas extendere in latitudine et coquere in aqua. Prius enim tepida mittere et effundere et iterum aliam superfundere aquam. Coquitur utique bene ita, ut una emina hordei in dece eminas aquæ coquatur. Coquitur uero, quamdiu hordeus crepit, deinde deponitur et colatur et dabis bibere sic, si cholericus humor dominatur; quodsi non est cholericus humor, addis potioni mel et sic dauis. Hoc et uentrem secundum reddit et urinam prouocat et nutrit bene. Datur autem et alfita de hordeo fricta et maccinata ita ut infusa coquatur. Hæc enim uentrem constringit. Item. Panem siccum aut recentem infusum in aqua teris uene et colas ad linteum. Admiscis ei, ut album non uideatur, ex pane oua cum cucumeris semen frixi aut amigdala aut nucli piniu singulas aut uinas species uel totas, cui addis modicum anissum aut semen feniculi. Febrientibus in mulsa dabis, sine febribus uinum superfundis.

SVCVS DE MILLEO. Millei farina torres ad ignem et ex eo factum sucum dabis eis bibere, quibus uenter ex ægritudine cholerum (f. 16[a]) effusionem lauorant uel quibus suptiles aut multus secessus est. Oportet autem aquas luere farinam, uel sic: tostario trita oxybafo uno in aquæ oxybafa dece colas per linteum spissum, superfundis uinum austerum modice et sic coquis et sic das soruere. Oportit autem addere noces cum membrana sua, quæ intrinsicus habent, in coctione suci. Item. Auena digestibilior est omnibus liguminibus et sorbitio ex ea hutilissima est. Coquitur quemadmodum de hordeo, auenæ emina una et aquæ eminas X.

XXXVI. QVÆ SVNT QVÆ PRO OLEO MITTENDA SVNT IN SORBITIONIBVS ÆGROTIS. Mittendum est in sorbitionibus pro oleo præter in lenticla cucumeris semen crudum et tostum ad ignem et tritum et culatum miscis in ptysanas et ceteris sorbitionibus aut nuclu aut noces aut auallanas aut amigdalas. Quibus autem uenter fluens molestantur, mittis papaberis albi simen lebiter frixum ita, ut robrus fiat. Mitti autem oportit ad bentris fluxum et castaneas cum mediana sua cortice et magnifice iubat.

XXXVII. COCTIO CIBORVM. Coquis semula cum aqua, cui addis oleum modice et anetum, sed ante lauas semulam. Item. Panem frigidum infundis in aqua calida et frequenter mutas. Infundis autem de pane partem interiorem. Mensura

7 *aque* 16 *torrens* 19 *aque* 21 *que* 22 *sorbio* 23 *aque* *Pro et fortasse ad legendum* 25 *preter.* 29 *medĭana.* 32 *aq̃a.*

autem. Labatio panis non propter suauitate sola fit, ut aqua totiens mutetur, sed ut facilius ebentetur aut digerat uel, quod infermentatum in se habet, amittat. Item. Ptysanas uero mittis unam partem et panis partes quindecim sicci et triti et sic coquis, donec nimis efficiatur suptilis (f. 16ᵇ) et tritus. Coquis autem in aqua munda quam plurima, ut se colligat, mittis et modicum sale. Fit etiam et ex malbis soruitio. Folia maluæ tenera cocta sine uino teris in mortario et iterum coquis in aqua et salem et oleum et oua mittis, coquis in aqua et incessanter agitas. Non enim conspissatur, si agitetur neque glutinatur. Melius enim fit, si in posca coquatur. Sic enim cocta magis humida manit.

XXXVIII. DE MVLSA. Mulsas non satis cholericis hutilissima est. Cholera enim ex ea amplius augmentantur. Expedit igitur eis aquosa mulsa bibere, qui tali sunt natura. Sed et illis aquatissima danda est, quibus infirma uiscera sunt, id est epar aut splen. Conficitur autem mulsa hoc modo: octaua enim pars mellis aquæ miscenda est et sic ad lento igni est coquenda, cui spumam, quam facit, semper est auferenda et mox ab igne cessari, dum fuerit dispumatus.

XXXVIIII. DE POTIONIBVS QVÆ INFIRMIS EXPEDIVNT. Febrientibus quidem hutilis est mulsa aut oxymellis uel aqua, quæ absque aliqua mordicatione conficitur. Si uentris turuatio in febribus fuerit uel uomica, stipticas, sin minus constrictio, dulces. Infundis ergo extatis tempore dulces mela incisa suptiliter, infundis in aqua, donec coloretur aut mala cydonia matura incisa similiter. Dauis autem cholera uomentibus, quæ ex malis cytoneis fit aqua. Ad uentris uero solutionem ex peris conficis aquam. Nam et stiptica et dulcis est. Myrtæ igitur molles folia infunduntur in uino dulci et efficitur uinus absque mordicatione et lenis est potio. Infunduntur etiam et sementes uuæ. Hæc autem coctio hutilis est nullam habens in se acridinem (f. 17ᵃ) neque in gustu acidonica potio efficitur.

XL. DE LACTIBVS RVFVS AVCTOR. Qui lactem potaturus est, ab omnibus cinus est abstinendus, donec digerat et uentris plenitudinem deponat. Utilis etiam est, si mane bibatur, mox mulgitur, ita ut a cibo, qui biberit, abstineatur et nimio remobatur labore. Nam si lauoraberint, necesse est, ut aciscat, sed quiescendum et deambulandum leniter et bigilandum est et interdum quiescendum. Sic enim faciens, cum prima potio fuerit egesta per uentre, aliam bibat. In primis ergo cum purgauerit bene, nihil minus facit et sequens. Illa uero, que remanserint in uentre, per uenas ministrata nutriunt et iam secessos non faciunt. Cholerica uera reuma uel ea, quæ ex

33 que.

resolutionem corporis per uentre fluunt, idest quod Greci sintíxin appellant, coquenda est lactes. Obseruandum etiam est, ne ustuletur Oportit ergo leniter coqui ad ignem et agitare sine intermissionem et spuma, quæ se supra recolligit, cum pinna tollere. Monenda est autem cum ferola nitida et in ipsa bullitione labia uasi spongea est detergenda. Sæpius enim ex ipso bromo, qui in ora uasi colligitur, tota ex eo lactis corrumpitur et caseum efficitur, ut dictum est. Ergo tamdiu bulliat, ut lactis ipsa pinguior æqualiter et dulcior a cruditate fiat.

XLI. QVIA LACTIS DENTES NOCENT. Lactes dentes ledunt, si frequenter in usu sit, et gingifas erudit. Hæc enim infundendo dentes et gingifas potriscire facit etiam ut se comedant. Oportit ergo, quando edenda est, uinum cum calda temperatum os lauare. Melius etiam est, si et mel modicum illi addas (f. 17ᵇ).

XLII. DE AQVARVM DIFFERENTIA. Oportit igitur aquarum diuersitates scire, quæ sunt bonæ bel quae malitiosæ aut corruptæ sunt. Bona quippe aqua pene ab omnibus in usu humano est. Cognoscenda bona igitur aqua secundum qualitatem suam et in gustu et odore: in sapore suauissima et uisu munda et tactu lenis et leuis esse debit, ut etiam, dum pota fuerit, a præcordiis uelociter subducatur. Si talis inueniatur, non est melior ab hæc, ut alia queratur aqua. Quæ autem in ypocondriis diu residit et uentrem percutiendo grauauerit et inflaberit, non est ad usu hæc talis hutilis, sed mala erit existimanda et ea, quæ neque caliscit cito neque infrigdatur. In hanc igitur aqua quidquit coctum fuerit, grabior cibus efficitur, si sumatur. Melius est enim experimento iudicare tales aquas. Volentibus autem intelligere, quæ dicta sunt, ea quæ septentrionali parte auerso sole aquæ [quæ] sunt, bradipora sunt, idest grabant poros, per quos spiritus uitalis transitum habet et pessima sunt et non cito calescunt et cum tardius fuerint calefactæ, iterum tardius infrigdantur. Solis uero cursus quascumque penetrauerit loca, idest quæ apertæ sunt *ut* Libiæ, quæ surgunt aquæ, colatæ sunt et limpidæ et cito calescunt et cito infrigdantur: stæ sperandæ sunt bonæ aquæ esse. Vona autem est, quæ extate frigida est et hieme calida. Nonnulla autem exponere et lebitatem existimant iudicare et meliorem dicunt, quæ leuior est. Nam quisque iudicare de aquis bult, absque pensa poterit iudicare (f. 18ᵃ) Lebem quippe dixit esse Yppocratis aquam pluuialem. quæ est dulcis, lucida et suptilis, quia adducitur aqua in aerem et propter solis ardorem leuior et suptilior efficitur. Nam in aere non ex dulcibus solis aquis, sed et ex mari adducitur in aere, propter quod aquæ pluuiales aliæ cito potriscunt, aliæ non facile potrescunt. Non ergo aliquis existimet

---

3 que 8 ledunᵗ 9 hec 13 malitiose 14 abnibus 21 que, *bis* 22 aquæ quæ 23 sps̃ 25 apertæ] *num* apricæ? 25 sunt libiæ] ut *inserui.* 26 aque 26 limpide 26 sperande 27 bone 32 matri 32 aque

malam aquam esse, quae cito potrescit. Quod enim cito mutatur, magis uirtutis est, quam malitiae. Utique cum habeat cognitiones bonarum aquarum: si qua ergo cito putriscit aqua, bona existimanda est ipsa mutatione. Nam quedam aquae [quare] faciunt bitia in gutture et tusses mobent et raucitatem et grauidinem ed gutturosos faciunt. Pluuiales igitur aquas in extate ex tonitrua tempestiua sunt et leuiora. Que autem ex cristallo sunt et niue, pessimæ sunt. Quæ enim se gelauerit aqua, amissa suptilitate sua efficitur spissa et limosa, et qui eam utuntur, in quibus locis insederit, generat passiones. Maxime tamen in musculos gylæ residens facit bruncocelas, idest gutturosus, sed et tussem excitat et raucitatem facit. De paludibus uero aquas coquendæ sunt et sic potandæ, sed et mixta cum uino bibatur. Quæ autem stipticæ sunt aquæ, dulci uino temperentur. Aliæ autem aquæ uino stiptico temperentur. Interdum etiam et colandas sunt. Quæ autem nimium frigidæ sunt, post cibum bibi debent et non subito uel inpetu neque patente satis ore. Quidam enim adinbenerunt per ciuum et potum aquas malas posse uitari, idest (f. 18ᵇ) ciceris cocta, quam antea bibunt et ipsum cicer edunt. Caucalida autem cum pisciculis coctas edet fenuculus similiter coctus. Qui autem betas et cucurbitas, antequam bibant, cum sale et uino temperatas edant, ab aquis malignis non leduntur.

II.

Oribasii synopseos lib. VI, cap. 1—33.

(f. 1ᵃ) XXX de sintexin corporis Galini.
XXXI de his qui in febribus non dormiunt.
XXXII ad insomnietate.
XXXIII de malfactionibus.
XXXIIII de angusteis et malfactionibus.
XXXV de cynodos orexcos in febribus curatio.
XXXVI curatio ad fastidium.
XXXVII bulimis curatio.
XXXVIII de site in febribus.

---

1 *que* 3 quare *uidetur dittographia ortum* 4 gutturos 6 pessim*e* 10 qu*e* 16 leduntur] *manu s. IX additum:* FINIT LIBER FELICITER QVINTVS INCIP SEXTˢ. *Sequitur capitulatio satis manca; nam numeri sunt I—XXX, tituli autem isti solum:* I de uirginitate II de conceptu III de cissa IIII curatio cissæ V de partu XXX de repletione.

II Cod. Bernensis F 219 fol. 1—17. Præcedit capitulationis libri sexti fragmentum.

(f. 1[b]) I. EA QVÆ SVNT SIGNA BONA SI IN INITIO AEGRITVDINIS FIANT MALA SUNT. GALIENVS.

Signa, quae sunt bona, si in determinatione febrium in initio aegritudinis appareant, mala sunt iudicanda. Digestio aegritudinis non fit, quando mox in initio, quae bona sunt signa, apparent. Hutiles autem esse signa existimanda sunt, quae neque in initio aegritudinis neque in augmentum, sed in statu iam declinante apparent, signa esse bona existimanda.

II. QVOMODO BONA DETERMINATIO FEBRIVM COGNOSCENDA EST. GALENVS.

Si quidem, quando febris determinationem factura est, qui aegrotat, ab omnibus liber inbenitur simptomatibus et color in eo bonus apparit secundum euacuationis rationem, et pulsus melior et fortior inuenitur, haec est bona determinatio. Quodsi eorum minuatur uirtus, in tantum inutilis est determinatio, in quantum deicitur uirtus.

III. QVOMODO FVTVRA DETERMINATIO COGNOSCENDA EST IN FEBRIBVS. GALIENVS.

Quando igitur increscunt et antecedunt accessiones et semper plus a ratione per singulos dies accedunt et oras et fortiores fiunt et quam plurime in dia trion uenientes, celere aegritudinem determinare significat. Si autem pigre mouetur et ipsa ora accedit, quemadmodum per singulos dies accedere solet, post multum tempus fieri determinationem significat. Si autem rigores habeat nimios his, qui febrit, non fit solutio,

2 capotia

antequam mitigetur rigor. Hoc autem non cessante inpossibile est, ut statum faciat aegritudo, de qua re magis neque declinationem oportit sperare.

IIII. DE VRINIS IN FEBRIBVS. GALIENVS.

Urina optima est, quae sanis hominibus similis apparit, idest subrouea (f. 2a) aut subflaua cum pinguedine mediocri consistente. Habet autem in se tres differentias urina turuida, quod si minxerit turbulenta urina et post modicum resedat aut certe permanit turbulenta aut certe facit munda et post modicum efficitur turbulenta: peior est haec nobissima, lebior autem illa prima, media uero utrisque est secunda. Aquosa uero urina satis est indigesta et disperata est indigestionis simptomata. Indicium est et uenarum genus, inesse passiones, sicut ueram uentris indigesttonem per effusionem esse cognoscitur ita, cum urina manando effunditur, et uocatur diabetis. Haec ergo est indigestior urina et ideo pessima est. Deinde autem ista, quae est suptilis et alba aquae similis. Haec enim proxima est alterius urinae et in multis passionibus uidetur, uelut uinus nimis suptilis et albus apparit et dicitur ypocro, hoc est subrobea, siligineo colore subsimilis. Ocra autem terra dicitur, quam tinctores utuntur et siligineo colore ex ea tingunt. Fit utique iam ex hac subrobea et iste iam color digestionem facit. Oportit autem eam et pinguem exire: etiam et si aquosa fuerit, digeritur bene, quantum ad colorem pertinet. Quodsi secundum naturam color diligenter custodiatur et sedimen album et lenem et aequalem et multum faciat, digestionis sunt signa et multos crudos humores purgare significat. Quodsi pinguior fuerit mediocriter et habet aliquam ypostasin, haec omnino iam digesta est. Quodsi floccos in sedimen (f. 2b) habeat aut lamminosa est, aut forforibus similes appareant et aut nigras aut libidas aut uirides aut malos odores ypostasis habeat, haec omnia habentem urinam indigestam esse et omnino pessimam. Illa autem, quae bono colore est simul et sedimen album et lenem et aequalem et collectum habeat et aut nebolam aliquam in superficiem habeat aut aneurismata facta habeat, idest in medio nebulas a se suspendat, haec de omnibus urinis sunt meliores et maxime quidem, si in imo resedeat. Secunda autem, si aneurisma est. Tertia uero si neuola in summo appareat, haec initium digestionis significat. Aneurisma autem in medio digestionem esse ostendit. Nam ypostasis ipsam determinationem ostendit. Neuola uero quantum plus superius fuerint positae, tanto meliores sunt.

V. DE EXPVTORVM IN FEBRIBVS. GALINVS.

Si quando subflaua sunt sputamina et subrobea aut subocra, idest subsiligineo colore et subspumosa est et suptilis, haec indigestionis solius sunt signa, malum uero in se nihil esse significat. Quae autem ualde fuerint flaua aut robea aut spumosa

---

9 simtomata 12 autem] aut 23 hec 26 nebulas a se] nebulase

aut uiridis aut uiscosa et rotunda et adhuc nigra, magis haec pessimae sunt praeter sanguineam. Nam alii humores intemperati sunt tali colore et pessimam significant passionem ex calefactione flammeo ardore generata. Sanguinea uero et flegmatica exputamenta mediocres sunt et leuiores. Quae autem de flauis choleribus generatur aut nigris, pessima est. Adtendere autem oportet et ascensum humoris (f. 3ᵃ) ipsius, quomodo proicitur. Si enim facile expuunt, manifeste tales exputus bonum signum est. Quo autem contraria, pessima sunt. Perfecta enim sunt digestionis signa: id quod expuunt, est lenis et albus et aequalis et constitutione neque liquidus satis neque pinguis. Omnino autem indigesta sunt, quod non facile aut nullo modo expui potest. Quodsi non expuunt nigrum, sed adhuc indigestus est, constat adhuc indigestionem absconsam esse. Si autem ualde sit robeum aut flabum, non bonum signum est. Si autem libida aut uirides aut nigra, ualde pessima sunt.

VI. SIGNA EFEMERVM FEBRIVM. GALIENVS.

In efemeris febribus proprium et inseparabile signum est, urinarum digestionem in ipsa prima die habere, et ipse calor in istis febribus mitior inuenitur. Hoc proprium et inseparabile signum est. Et post primam digestionis febrium certa est cognitio. Pulsus habent non ualde inaequales aut sordidos aut difficiles aut duros, sed sunt similes sanis. Sed et ipsi sudores corporis non cum uapore sunt aut acredine, qualis est fumosus. Isti enim, qui efemeras febres patiuntur, calida et sicca maxime sunt temperantia et totum corpus amaris choleribus plenus esse uidetur.

CVRATIO EFEMERVM FEBRIVM. GALIENVS.

Hii uero, qui ex labore febriunt, oleo habundanti molliter perfricare et labare oportet. Qui uero de siccitate febriunt, fricandus est minus, lauandus autem saepius. Qui autem ex sollicitudinem febriunt et tristitiam et de insomnietatem et furorem, non frequenter lauare (f. 3ᵇ), sed oleo non multo et tepido modice mixtus stiptico nec multo fricandi sunt. Qui autem ex calore solis nimio febriunt, mox in principio frigidis curandi sunt et balneum uteris habundantius, minus quidem oleo et frictionem. Roseus enim oleus ad infrigdandum erit adhibendus aut omfacinus sine sale factus. Infrigdare autem ipsum oleum oportet inpositum in aqua frigida aut niue et sic ex eo infundendus est caput cum lana infusa et bregmati superposita. Instillando paulatim hæc usque ad declinationem faciendum est et sic ducendus est ad balneum. Quodsi de frigdore aliquis febriat, ad balneum ducere in declinatione febrium oportet. Quodsi catarus fuerit subsecutus, non labet, antequam catarus digeratur. Si autem ex calore fuerit catarus, labet de præsenti in balneo et caput utrisque infundatur, quibus infrig-

---

7 q. autem   16 febrium] *Ante hoc verbum* efemerum *intercidisse videtur per haplographiam*   19 pebres, *corr.* febres   27 habunda÷tius   29 aute÷   34 presenti

dare possit, sicut ex calore passiones quæ fiunt. Nam his, quibus ex frigdore contingit, ea, quæ calefacere possunt mediocriter, quale est oleo irino et nardino, utere eos oportet in declinatione post balneum. Qui autem de stignosin, idest de constrictionem cotis febriunt, iubantur balneo ex dulci aqua facto et frictiones et exercidia, quæ raram faciant cutem et cibi sint dulci suco compositi. Quæ autem constippant et infrigdant aut glutinant porus, nocit nimium hanc passionem. Qui autem de cibis plus a ratione acceptis febriunt, declinante febre ad balneas est ducendus et habundanti oleo tepido infusus perfricetur et in solio diu remoretur et ibidem iterum perfricetur (f. 4^{a}). Cum autem lauerit, requiescat, donec reparentur uires et iterum labet et cum de balneo exierit, dabis ei sucos ptysanæ aut lactucas elixas et post hæc piscium carnes molles habentes ex leucozomo factos. Communis est autem omnibus efemeris febribus laborantibus: digestibiles cibos, qui non sint infractici, dari oportet. Qui uero ex ardore solis febriunt, aut de furore aut de iracundia, dare oportet, qui infrigdant et humectant. Qui autem ex frigdore febriunt, quæ mediocriter calefaciunt, dandæ sunt. Qui autem ex tristiziam et sollicitudinem uel de uigiliis febriunt, quæ infundant et somnum faciant. Qui autem ex labore febriunt, cibus dandus est, qui minus nutriunt, quos Greci atrofos uocant. Qui autem ex frigdore febriunt, dandi sunt cibi, qui nutriant. Efemeris autem omnibus cibi ex media danda sunt materia. Vinum autem in omnibus efemeris febribus dandus est, si non caput doleat, aquosum et suptilem. Stignosin uero patientibus, si non grabi detinetur aegritudinem et plethoricus non est, uinum potui dabis. Quos autem stignosis nimium conpræhendit et plethoricus [non] est, prohibendus est uinum bibere. Qui autem de inguinibus febriunt, labare, antequam uulnus, de quo inguina generata est, procuretur, non præsumat. Cum autem declinauerint febres, balneum utatur. Similiter etiam et uinus est prohibendus, donec inguinæ cadant. Postea autem dandus est uinus et cibos tenues. Frigidæ enim potiones, in quibus acres et fumosi humores congregantur, iubat omnes sanos. Et qui aliqua efemera febre ægrotat aut (f. 4^{b}) si est consuetus aegrotare [etiam et in consuetudinem habeant], in initio aegritudinis inutilis est uel nutrire eos cibo mox a principio. Cholera enim commobent, et maxime si cholerica sint natura. In autem longa abstinentia cibi si ex aliquibus occasionibus errorem corporis pati incipiunt, dauis eis uinum temperatum et panem in eo infusum accipere. Rigor enim statim pausat, et si febrire incipit, [incoante febre] non ei dabis. Cum autem declinare cœperit, confestim nutris et non expectas remissione febris. In autem uaporosam et calidam et siccam habitudinem corporis non utique requiescit accessio, antequam balneum.....

---

17 greci atrosos 22 non *post* plethoricus *uncis circumscripsi ut ex loco superiore repetitum* 27 *verba* etiam et in consuetudinem habeant *alia versio illorum:* si est consuetus *esse videntur* 32 incoante febre *repetitio est illius:* si febrire incipit 34 *post* balneum *verbum intercidit.*

et cibi sata infundatur uel humectetur. In cholerica uero natura indigestione cibi facta febribus accenditur. Corruptis enim cibis et fumosam uaporationem, idest si carbonculus accesserit et sic febricrit, euacuatus ergo cum fuerit, qui corruptus est cibus, labare oportet et cibum dare conuenit in declinatione febris primo facta uentris consideratione. Quodsi maior sit uentris facta effusio et deficiat uirtus, nutriendus est cibo, antequam labet, *et* prouidere, quæ necessaria sunt uentri. Adhuc enim uentris manente effusione, cum oleo, ubi absentius decoctus est, lanas sunt superinponendas. Mordicatio uero si aliqua fuerit facta uel defectus si sit uentris, absos purpuræ siccos et calidos aut certe infusos in oleo puro uel nardino et expressos sunt uentri superinponendi. Stomacho autem defecto miscis in oleo nardino mastice trita et infusa, ut sit spissa, sicut mel liquidum et infundes ibidem purpura et superponis. Calida (f. 5ᵃ) autem adhibenda sunt hæc omnia, ut uirtutem in stomacho seruent. Nam tepida soluunt uirtutem stomachi. Si autem calida natura fuerit homo et uenter satis profluat, melinum oleum pro nardino uteris. Utere autem et hoc ceroto, quale est cera et narduæ, qualia pondera. Aloe autem et mastice octaua parte mittis et si calidus est uenter, pro nardinum melinum mittis. Sunt autem ex enantiu et ypocistidos et balaustia et dactulorum carnes ad hæc utilia medicamenta. Cibos autem dabis, si adhuc uenter fluit, alfita cum aqua interdum calidum satis, interdum cum suco mali granati aut piris aut melis. Quodsi iam non fluit uenter, alicas utiles sunt simili modo, ut tysanas conditas acitum habentes. Dabis etiam pisces aspratiles in leucozomo. Dabis et poma stiptica: sola et cum pane data iubant. Post hæc uero fobes præcordia et totum uentrem. Si autem cum nimia mordicatione sit, bene iubat iniectio olei, in quo resolutus est adeps anserinus aut pullinus aut porcinus cum modica cera. Quod si inpneumatosis fuerit, idest habundantia spiritus uentositatis, uteris oleum, in quo decocta sunt ruta et simen apii et cyminu et fenoculi simen. Deducto enim uentre dauis mox cibos accipere, qui non habeant aliquid stipticum.

VII. SIGNA DE FEBRIBVS QVI EX POTREDINE HVMORVM FIVNT. GALENVS.

Ex humorum potredine febres quae fuerint generatae, hoc modo cognoscuntur, quibus neque extrinsicus aliqua praecedit causa, quam Greci procatharticon appellant. Nam cum rigore incipiunt sine aliquo calore uel frigdore ex aere nimio procedente. Proprium igitur signum in his est: (f. 5ᵇ) pulsus habent oppressum, qualis in initio accessionis fieri solit, idest paruus satis et inaequalis. Nam in initio accessionis paruus fit et non citatus pulsus, in statu uero maior et citatus. Nam in talibus praecipue

6 labet prouidere] et *inserui per haplographiam omissum* 11 liquidu 22 enectio 24 habundantia] *In marg. manu s. IX scriptum est:* Not. pneumatosin 24 spe͂ . 32 haben

febribus propria et maxima cognitio est, ut calor in ipsa febre fumoso uapore sit et tangentibus diu ipsa membra et pressa manu ex acridine cotis uel uaporis mordicationem in manu sentiat. Proprium autem est et maximum signum urina indigesta cum suptilitate, et si aliqua digestio sit, obscura est. Nam mox in initio aegritudinis nullo modo digesta apparit. Nam ephialus et liperiodea febris uel emitriteus quid aliut est, nisi ex potredine nascuntur febres? Sed et causos et tyfodes aut his similes febres omnes ex humorum generantur potridinem.

VIII. CVRATIO FEBRIVM QVAE EX POTREDINE GENERANTVR.

Hii uero, qui ex humorum potredine febriunt, si uirtus fortis est, fleuotomandus est mox in initio. Quod si uenter indigestus fluat aut uirtus infirmior sit uel aetas prohibeat, fleuotomus non est adhibendus. Post autem ebacuationem sanguinis purgari oportet, quae putruerunt humores, per urinam et uentrem et sudores. Quod si uolumtarius de stomacho per uomica fuerit facta purgatio, per alias, quas diximus, partes non oportet contra natura inritare humores. Eligenda est uero materia, quae sine calefactione et siccitate sufficienter, quae putrida sunt, deducant et purgent, qualia sunt sucus ptysanae, mulsae, oxymellis et apomellis uel apii radices in aqua, quae est bibenda, si decoquatur et sic potui detur. Haec autem (f. 6ᵃ) ipsa et per uentre deducunt et urinam mouent. Quod si uentris patiatur constrictionem, adhibendus est clysteris ex mulsa et oleo. Omnem igitur corpus, antequam euacuetur, rarefacire non oportet. Euacuatum uero potest reddere rarum, si cum oleo tepido camimelino perungueas corpus. Vinum uero dandus est albus, lenis et aquosus potui. Mouit enim digestiones et balneum temperatum ex aqua dulci factum. Sed si forte fuerit febrium magnitudo, qualis est synocus, neque uinum uti oportit neque balneum neque trasunctione olei camimelini, sed sola aqua frigida in his febribus potui danda est, si non aliqua res prohibeat. Nam uirtus sufficiat infirmanti et febres si causodes et digestionis signa sint manifesta aqua frigida dabis confidenter bibere. Nam si et carnibus fuerit repletus et tempus aeris extas sit sicca utique, in piscina frigida si iubeas ut descindat, non ledis, sed potius iubas. In eo autem ipso tempore cum de piscina exit, cum in sananis pausat, statim sudare debit. Quod si uenter ei fluit cholerico humore et mediocris sit febris et uirtus sit ualida simul et digestionis signa appareant, iuuat tales balneum et uini potio et olei camimelini trasunctio.

VIIII. SIGNA TERTIANAE FEBRIS. GALINUS.

Si uera est tertiana, quia est et non uera, uera ergo tertiana flauis generatur choleribus. Necesse est mox a principio cum ingenti nascitur orrore et frigdore. Differit autem a quartano ipse rigor. Nam in tertiano ipse rigor pungere et pertundere

7 potridine 20 camimelo 24 aqa 27 sed potiubas in eo autm 30 camimeli

uidetur corpus. Nam in quartano solus rigor est cum frigdore nihnio (f. 6b), in cottidianis uero non præcedit rigor, sed frigdore solo consumuntur. Pulsus uero in tertianis est ingens, uehimens, excitus et creber, sites instat uehimens ita, ut incendat hominem et post modicum declinat et calor aequalis inuenitur. Quod si superposueris manum, omnia calida cum acridinem uaporis ascendit de corpore. Post modicum uero cum biberit, statim ascindit uapor calidus per cotem pronuntians sudorem. Vomitus uero si fuerit, fit cholericus et uenter similiter si soluatur, cholericus fit. Sed et urinas cholericas facit. Post hacc requiescit febres. Omne autem tempus commotionis habet oras non plus quam duodecim, in aliis uero duodecim oris pausat, in istis autem duodecim oris pausat uera tertiana.

X. CVRA TERTIANAE VERAE.

Veram tertianam humectare et infrigdare oportet et humorem, qui fluxit in uentre, euacuandus est per uomitum et urinas uel sudores, uentrem autem molli clystere educere, urinam uero coctas in aqua radices apii et anetum ipsa aqua potui danda est. Cum tibi signa digestionis apparuerint, confidenter et absentium dauis bibere. Balneum igitur utatur ex aqua dulce flubiali calida, et neque nitrum neque salem neque saponem in balneis utatur, sed solum tepidum oleum infusum deponis in solio. Amatores etiam balnei si bis in die laberint, non peccant. Et quando tibi iam signa digestionis apparuerint, etsi frequentius labent, non peccant. Vinum autem, antequam digestio fiat aegritudinis, omnino prohibendus est. Incipiente uero digestione dauis uinum album, suptilem et aquosum et modicum (f. 7a). Dandi sunt autem cibi a primo usque in fine, quae humectent et infrigdent. Abstinendi sunt uero a mel et senape et salsamenta et acria omnia et a uino uetus, uel qui natura sunt calidi.

XI. CVRATIO TERTIANO NON VERO.

Quod si non uera est tertiana, mox ab initio a lauacris abstinendi sunt, donec signa digestionis appareant neque cottidie cibandi sunt, sed altera die. Cum remiserit febres, calefacienda est ypocondria et dandae sunt eis soruitiones digestibiles et clysteris non satis mollis est adhibendus et sanguis eis auferendus est, si opus fuerit. Neque hoc est praetermittendum. Totius autem cibi ordinatio non sit perfrigida et humida quam plurime, sed habeat aliquit, quod incidere et suptiliare possit humores et ideo expediunt addi in ptysanae sucos piper aut ysopu aut origanu et spica nardi. Et in mulsa piper coctus simul et potus multum iubat, et alia, quaecumque urinam mobent, praeter illa, quae satis calent et siccant. Absentium uero dabis post dies septe transactos et oxymellis datus multos iubabit in potione datus et lenes cathartici, et post cibum uomitus, si longa fuerit aegritudo, hutilissimus est.

---

5 acridine ÷ 8 hec 26 soruitio tiones 32 que

XII. SIGNA QVARTANÆ FEBRIS.

Quartanæ febris accessio cum multo fit frigdore, quia ex frigido humore melancholico generatur et ideo nec satis calidam aut ignitam generat febrem, quemadmodum tertianus. Sed neque fit et neque cholerum uomica sequitur febrem. Urina uero in his alba et tenuis et aquosa inuenitur, pulsus etiam magnus et rarus. Hæc omnia manifeste quartana esse significat febrem (f. 7ᵇ).

XIII. CVRATIO QVARTANÆ FEBRIS.

Quartanam febrem laborantibus mitius agere eos oportet et neque medicamen aliquo fortiore eis dare oportet neque euacuationem facere, nisi forte sanguinis habundantiam esse uideris, ut sic fleuotometur siue in initio seu quolibet tempore. Cuius sanguinem tamdiu currere facis, donec nigrum colorem in rufum conuertat. Dieta autem sit, quæ non inflit, sed hutilis sit et digestibilis, quæ et molliat uentrem. Quod si uentris constrictio fuerit, clysterem uteris in initio mollem, post hæc acriorem. Carnes autem porcinas prohibendas sunt uel omnia, quæ sunt uiscosa et grabant digestionem et quæ frigida sunt omnia. Vinum uero utatur album tenuem et mediocriter calidum. Utantur etiam et salsamenta et senape, sed et per aliquot dies antidotum dia trion pipereon accipiant aut diaspolitin. Et si piper solum cum calda aqua per singulos dies accipiant, recte faciunt. Cum uero causam ægritudinis in statum uenire cognoueris, tunc oportet tenues adsumere cibos et in requie æger est habendus diebus plurimis et uiscera cataplasmanda sunt, quæ molliant media et relaxent. Deinde danda sunt diuritica medicamenta, et cum signa manifesta digestionis uideris facta, tunc dabis catarticum, quod melancholicum deducat humorem. Sed non de semel, sed frequentius dandus est. Et cum fortiter fuerit purgatus, antidotum Tyriacam dabis bibere et alia queque talia, quas nos frequenter usi sumus et a nobis probata sunt, ex quibus est laudatissimus, qui opiu Cyrinaicu recipit. Item ad periodicas febres: qui ex pinguibus et uiscosis humoribus generantur cum rigore febres, agaricus datus aut calaminthis (f. 8ᵃ) in mulsa datus sanat et si coquantur in oleo et ex eo oleo ante rigorem totum corpus perfricetur, subuenit. Nam similiter costus aut pyretrus hoc modo adhibitus iubat. Hæc autem et stupida menbra habentibus et paralysin patientibus subbenit et mitigat rigores. Sed et agnu sperma similiter in oleo coctus et uaca lauri et coco Gnidius G. oleo et nitro prestat.

XIIII. SIGNA COTTIDIANÆ FEBRIS.

Cottidianae febres mox a primis diebus cum rigore accedent, sed procedente tempore cum frigdore magis, quam cum rigore ueniunt et difficile calefaciuntur et

---

8 et ide 12 que 20 que 25 IŤ 28 *in marg. manu s. IX:* Not. costum et peretrum.

multum durant in augmento temporis. Sed neque febre accenduntur neque multum aut spissum anelitum ducunt aut reuocant. Fiunt etiam uomicae flegmaticae, et quae per secessus excernunt, frigidiora sunt et cruda et acosa et in primis diebus modicum sudant et neque sine febribus post remissione sunt. Nam et pallore fœdantur. Urina uero alba et pinguis et turuida et robra est.

XV. CVRATIO COTTIDIANÆ FEBRIS.

Curatur autem cottidiana febris dato oxymelle mox a prima die, idest a septima die incoatur dari, quod in initium febris stius antiqui faciunt. Danda sunt etiam et quae urinam habundanter mouent. Dieta uero ordinanda est ex his speciebus, quae incidere possint et extenuare pingues et uiscosos humores. In statum uero cum uenerit causa, prouidenda oris uentris fomentatio et cataplasmata. Post haec de rafanis uomitus faciendus est et cibi calidi dandi sunt, sed et catharticum qui flegma deponat.

XVI. SIGNA SYNOCIS FEBRIBVS.

Synocis febres eiusdem generis uocantur, sicut unius cuiusque typica sunt genera. Sed typici fiunt (f. 8ᵇ), quando firmiora corporis membra, quas Greci stereas uocant, humores occupauerint et sic cum rigore generantur. Synocus uero febres intra uenas aut flegma aut cholera robea uel nigra, cum sanguine se miscuerint, generatur et sic sine intermissione efficiuntur febres. Cum ergo choleribus robeis fuerint uenae repletae cum sanguine, necesse, ut potrescant et causos faciant febres. Cum autem flegma occupauerit uenas et conputruerit, necesse est cottidianas faciat febres cottidie accendendo et sine febre numquam inueniuntur. Iste cottidiano similis est eo modo et quartano. Cum melancholicus humor uenas occupauerit, necesse est quarto die grauiores faciat commotiones. Quando ergo uerus causus est, custodienda sunt signa, quas in uero diximus esse tertiano, praeter quia non cum rigore accedunt et neque sine febre in remissione inueniuntur. Hoc tantum interest inter uera tertiana et causon febrem. Nam si de flegma est, per singulos dies accessos similes typo cottidiano et numquam pausat febris, sed perseuerat usque ad determinationem uno modo; secundum haec autem quando quarta die fit accessio, et similiter sine febre numquam inuenitur alios dies et similiter quartano extimandus est typo. Synocus ergo febres numquam sine febribus inuenitur, antequam perfecte soluatur aegritudo. Nam causos febres omnibus synocis acutior inuenitur et citius finitur.

XVII. CVRATIO SYNOCORVM FEBRIVM.

Synoquorum febrium curantur fleuotomo, ut usque ad angusteam sanguis auferatur.

---

4 fœdandantur 21 numqua-÷

Nam si non flebotomentur, qui tali laborant febre, cum ad crisin faciendam in extrema peruenerint passione, incurrunt ex ipsa plenitudine (f. 9ª) periculum. Cum non praeualuerit natura humorum expellere habundantiam, extinguitur homo. Quod si aliqua alia interueniente causa prohibeat flebotomum adhibere, aliis uti oportet adiutoriis, qui aperiant et extenuent humorum plenitudinem et mitigent febrium ardores. Nam si signa digestionis uideris fieri et neque in uisceribus aliquis tumor est aut inflammatio aut duritia aut scirus et neque aliquod membrum frigidum habit, ut in eo descendat lesio, cum fiducia dari oportet aquam frigidam et maxime, si aegrotus consuetus fuit aqua bibere frigida.

XVIII. SIGNA CAVSON FEBRIS.

Qui causon laborant, haec sequuntur accedentes signa: lingua sicca et aspera et nigra est et mordicatio uentris et secessus cholericus et sitis nimia cum insomnietate, interdum etiam et alienatio.

XVIIII. CVRATIO CAVSON FEBRIS.

Duo haec causon febrientibus sunt necessaria, unum utile: cholericus humor subducatur aut extrahatur, alterum uero, ut extinguatur. Subducitur enim uel euacuatur per uentrem et uomitum aut sudores. Extinguitur autem per aquae frigidae potionem. Sic nos semper curabimus causos febres. Dieta uero, qui causon febriunt, neque aqua sola et mulsa danda est sola. Mulsa autem aquosa et cocta danda est. Oportit igitur his, qui causon febriunt, solis potionibus nutriri. Balneum uero, qui causon febriunt, illis solis expedit, quibus sine tumore uel inflammatione aut erisipelatodes non sunt uiscerum partes constitutae, et si magis digestionis habuerit signa, plus expedire probatur. Quibus autem de salsis humoribus causon fuerit generatus, labacrum non expedit uti, sed (f. 9ᵇ) tantum istos sucos ptysanae solos nutrici conuenit.

XX. CVRATIO SI DE ERESIPELATODIS PASSIONE FEBRIVNT.

Febres, si de eresipelas intrinsicus natas fuerint generatae, omnino prohibendus est balneus. Aqua uero frigida in initio passionis non est danda, sed de foris hutiliter frigida omnia adhibentur. Et si mali causa nimio perurguantur ardore et de foris non satis iubantur, necesse est, ut et intrinsicus ministrentur. Maxime autem eis expedit lactucas accipere et de foris ipsius lactucae sucus hutilis est et intyba similiter et semperbiba herba et alia his similia ex his, quae infrigdare possunt. Optimum autem est et quam maxime hoc medicamen utimur: lactucae et semperuiuae sucus

---

16 sbducitur 31 herba herba, *altero* herba *del.* 32 et seruiuae

exprimimus et mittimus in pila porcacla et tundimus diligenter. Cui addimus sucos SSI et iterum exprimimus et uasum, in quo ipsos sucos colligimus, deponimus in aqua frigidissima, cui addita sit modicum alfitam suptilem. Tunc ibidem infundimus linteamina duplices et superponimus de foris in ypocondriis aut ubi calor sentitur et non diu permittimus stare medicamen, ne calefiat, sed sublato alterum frigidum superponimus. Admiscimus interdum medicamini oleum omfacinum aut roseum, si causa postulaberit.

XXI. SIGNA ECTICIS FEBRIBVS.

Ectica febris non in humoribus solum, aut in uitale spiritu consistit, sed iam ipsa sterea, idest firmissima membrorum loca occupata ardore consumit nimio. Dolorem igitur nullum sentiunt et ipsi, qui febriunt, nullo modo se febrire existimant, sed nec sentiunt febris calorem. Duplex enim ecticae febris species . . . . . .

* * *

[XXII] * * *

[XXIII] . . . . (f. 10a) sine intermissione et mixtus ex . . . . inferit aegrotanti. Rigor igitur . . . . Maior autem in his est frigdor, quod temperatus ex duobus acredine humorum. Non enim absque ratione hoc nomen accepit ista febris, ut uocaretur emitriteus. Duplex enim ratio eius naturae est. Conuenientibus ergo duae commotiones in uno tempore ab initio simul inbicem sibi temperatae cum ergo tertianus optinuerit, febres cum orrore fiunt, quamquam et rigor praecedit orrorem. Secundum ipsam accessionem mox talis calor efficitur et igne accenditur, qualem in tertianis fieri posse proposuimus et uomica et uenter cholerica infusione generatur. Altera autem diem accessio quae fit ex flegmate, frigus extremas corporis optinet partes cum modico orrore, sed neque sitiunt neque stigationem corporis patiuntur. Quando autem aequales sunt secundum suam unus quisque magnitudinem tertianus typus et cottidianus synocus, tunc accessio cum orrore fit, et quando medius tempus est et flegma optenuerit, depositio fit orrori, et cum calor optenuerit, subito excalescunt. Talis est enim uerus emitriteus ex aequali temperatus duobus febribus factis, tertiano typo et cottidiano synoncho. Non uerus autem emitriteus aut cholerico augmentatus humore aut fleumaticus.

---

13 species] *Inter f. 9 et 10 unum folium excidit. Desiderantur capitis XXIII, quo de semitertianis febribus agitur, non nisi prima verba* 16 *Post* mixtus ex *duo vocabula putredine corrosa sunt; videtur* utrisque horrorem *vel* orrorem *scriptum fuisse. Idem paulo post accidit post* rigor igitur: *an* in his minor est *supplendum?* 31 aumentatus

XXIIII. DE CAVSOS PESTILENTIÆ.

Ex morbis communes nascuntur aegritudines; sicut natiuitates dibersae, sic et uitia aegritudinum nascuntur communes. Communiter enim omnibus hominibus corruptus aer generat fruges: cibos efficiunt malos. Communes autem aegritudines, quam Greci pandemus appellant (f. 10[b]), idest omnis populus simili uexantur aegritudinem. Communes aegritudines et aqua mala frigida pota plus, quam ratio postulat, generat. Et lauores inconsueti et penuria et superflua ciborum acceptio et regionum natura communes passiones inferent. Sed et paludestria loca uel concaua locis posita, ex quibus uenenosae ascendunt nebolae. Haec ergo, quae diximus, omnia non frequenter solent euenire. Nam aerum qualitates si distemperati fuerint frequenter in omnibus, mutata aerum temperantia generant passiones seu calidior plus a natura factus aut siccidior aut frigidior aut certe humidior: sic inferunt morbos et ideo, que aerum ratio inbaserit annum, si sapienter a nobis seruentur, ut contraria contrariis adhibeantur, idest calida frigidis temperentur et frigida calidis, sicca humidis et humida siccis placentur, sanus homo poterit permanere. Nam et otiositas et ciborum superfluitas et penuria uel uelamen uestimentorum, quis multum se calefaciat et nimius frigdor et multae potiones et nimius labor et potio minus accepta et ad ignem nimium quis calefactus. Sed citius de his aliis, quae dicta sunt, aer humidus superat, quam calidus et siccus, quemadmodum factum referunt in agro Agragantino.

XXV. RVFI AVCTORIS DE PESTILENTIA.

Omnia fiunt in pestilentia pessimi casus per singulas aegritudines, quas patiuntur. Sunt enim alienationes et cholerum uomitus et praecordiorum tensiones et dolores membrum et sudores multi uel frigdores extremarum partium et diarria cholerica suptilis cum uentositate. Urinam uero habent aquosam suptilem cholericam et nigram; ypostasin uero habent malam (f. 11[a]) et aneurismata pessima, sanguinis e naribus fit distillatio, cauma est in thorace et lingua conbusta, sitis, defectio, insomnietas, spasmi uiolenti, et alia multa mala patiuntur, idest ulcerationes membrorum et bullas et uissicas malignas et caruunculos pestiferos. Nam si quis praeuideat futuram pestilentiam et adtendat ad tempora anni mala consistentes uel ipsius anni qualitatem, et tunc dieta obseruando sanus poterit permanere, ut puta, si tempus siccus fuerit, humidis utatur rebus, [si] siccitas humidis ut infundatur, si humidus sit tempus, siccis utatur rebus, ut humor ille, qui crescit, consumatur. Prouidenda sunt etiam et uentris purgatio. Quibus uero superior uenter flegma plenus, per uomitum est purgandus. Quod si sanguis superhabundat, fleuotomus est adhibendus. Bona est etiam et si per urina

---

9 que 21 omnia, *corr.* omnes *man. rec.* 31 si *ante* siccitas *dittographia ortum seclusi* 33 *in marg. man. s. IX:* Not. uomitum 34 *in marg. man. s. IX:* Not. flebotomiam

purgatio procuretur uel aliae, quae in his rebus sunt necessariae, euacuationes oportet per omne fieri corpus. Nam si causon febre fuerit passus et ignis usque ad pectus totum corpus accendat, si ea, quae infrigdant, adhibeantur medicamenta, non absque ratione fit pectori adhibere et aquam frigidam potui dare et non paulatim offerre (incendit enim amplius), sed sub uno inpetu cum uaso detur patulo, ut extinguere igni ardorem possimus. Quod si causos interiora possideat, necesse est, ut extremae partes frigescant. Sed et corporis cutis frigida sit, et ypocondria contrahatur et uenter sintexin patiatur aut certe per uomitu aut per uentrem suso aut dioso reiectiones fiant et alienationem uel insomnietatem patiatur et lingua aspera sit, extremae uero partes frigescant (f. 11ᵇ) uel per totum corpus frigdor dominetur. His extremas partes, quae frigida sunt, calefieri oportet, ut de profundo calor per totum corpus trahatur et aliquo alio, si quo modo potest calor foras adduci.

XXVI. DE SINCOPIS EX PLENITVDINE HVMORVM FACTIS GALINI.

Inquipiunt aliqui febrire quam plurime ex quadam plenitudinem et crudis humoribus congregatis, de quibus male uexatur stomacus. Fit igitur aut ex indigestione aut ex alia altera oritur causa. Ypocondria in tumore magno plus a natura efficitur et color pallidus in uultu et in toto corpore pallor manit et habitudo corporis in tumore plus a natura fit. Est autem quibusdam et niger color aut libidus. Pulsus autem omnino paruissimus est plus a rationem, calores et incerti et inæquales. Sæpius enim ipsa inæqualitas semper in una percussione efficitur.

CVRATIO. His ergo, qui haec patiuntur, sanguis, etiam si opus habeant, sine magno periculo nullo modo potest auferri. Nam neque fleuotomum neque catarticum, qui haec patiuntur, sustinere possunt, quia et sine his adhibitis de subito ruunt et angustiando deficiunt et ideo haec passio a Grecis syncopos appellatur, quia de subito moriuntur. Unde oportet eis frictionem adhiberi, quibus hoc modo est ordinanda. Initium faciendum est mox a principio ægritudinis a femoribus: fricabis ergo a sursum deorso deducendo inbolutas habens manus cum sindone mediocriter asperum. Deinde fricauis bracia et manus similiter a surso deorsum trahendo manus. Quod si satis calorem perspexeris esse et timor fuerit copo dissensibilitas, ut eis fiat confractio carnis ex multitudinem frictionis, oleo calastico uteris, qualis est Sauiniensis (f. 12ᵃ) remoto stiptico oleo. Quodsi iems fuerit, et diaforeticum oleum uteris, qualis Sycionius oleus et camimelinus. Si autem haec non fuerint, calastico uteris oleo et maxime oleum ueterem, in quo mittis mediocriter anetum et in uaso duplici coquis et unguis eum

---

4 potui dare] *in marg. man. s. IX:* Not. bibere aquam 8 aut ioso 12 faras adducit 18 auto÷ 18 pulsus] *in marg. s. IX:* pulsus 21 CVRATIO] *in marg. s. IX:* non sanguinari nec catarticum sumere 23 hec 24 sincopos, *corr.* syncopos 25 frictionem] *in marg. s. IX:* frictio 30 Sauiniensis] *in marg. s. IX:* unctio

totum fricando et quam plurime coxas. Deinde oportet ipsum oleum detergere et sic transeundum est ad spinae partes et totam spinam fricare similiter. In primo quidem siccam adhibis frictionem et sic unguere et postea iterum ad coxas transire, deinde iterato ad manus et bracia uenire et sic ad spina reuerti. Tota uero die hoc modo faciendo poterit aegrotus ad sanitatem uenire. Utilissimum autem est, ut eis detur ad accipiendum mulsa, in qua coctum est ysopum, et neque cibum neque sorbitionem et neque aquam oportit eis dare, sed nec permittendus est, ut bibat ad satietatem, nisi mulsa sola sufficiat, in tribus primis diebus per successionibus frictionum, et hoc solum tempus a frictione requies erit, in quo somnus accesserit. Quod si pulsus in eis satis perparuus fuerit et inbecilles et inaequales, nimium in extremo periculo est, unde oportet, ut ea, quae dicta sunt, nihil agantur, quia mortem significat. Si autem uirtus mediocris sit, et pulsus et magnitudo eius non opprimitur et aequalis est. Contemplandus est ergo pulsus et ut dictum est, cura est adhibenda. Post uero dies tres si nihil mali occurrat, in hoc ipsut est perdurandum, usque ad septimum diem sola mulsa utentes, ubi yssopus coctus est et sic per hoc liberabitur, si non excesserit, infirmus. In aliquot contemplanda sunt etiam et uentris officia. Quod si uenc non prosequitur uenter, clysteris est adhi(f. 12ᵛ)bendus. Nam si amplius ex superfluis et crudis humoribus solutus fluat, mox in principio amplius mulsam coqui oportet. Quod si plus cocta fuerit, minus deducit uentrem. Nam si plus coquatur, plus notrit et minus deducit, quemadmodum, si modice coquatur aut cruda sit, plus deducit et minus nutrit. Quod si his adhibitis adhuc uenter fluit, dabis pro mulsa ptysanae sucum, et si adhuc manit uentris effusio, de alica soruitione facta dabis. Quod si inuecillum ex pulso eum didicerimus esse, cadentem eius uirtutem, panem infusum in uino dare conuenit, si neque uenter neque epar inflammationem habuerit. Quod si flegmon, idest inflammatio fuerit horta, de crudis humoribus repletus corpus sine spe est infirmus. Nam si pingues humores satis esse cognoueris, oxymelle semper pro mulsa dabis. Quod si extas fuerit et frigidam potionem, cum sanus fuit, delectatus est uti, frigidum dabis oxymelle; hieme uero calidum.

Reuertamur igitur iterum ad ea, quae diximus. Maxime autem si parui et rari et tardi pulsi sunt, existimandum est, frigidos in eum esse humores. Mox autem in his, qui talem habent pulsum, totum corpus pallidum est, contrarius est eis balneus. Quod si sincopum quis patitur et sine flegmone sunt loca uitalia, dauis panem, sed non cum multo uino, et iterum ad frictionem reuertendum est secundum ordine praedicto. Quibus autem de choleribus flauis ledente stomacho sincopi fiunt, frigidam

5 utilissimum] *in marg. s. IX:* Potio 8 sufficiat] *in marg. s. IX:* non bibere satis 9 Quodsi] *in marg. s. IX:* pulsus 17 clysteris] *in marg. s. IX:* clister 26 sempe 28 dabis] *in marg. s. IX:* Not. oximel frigidum uel calidum 29 ad eᵃ quae

oportit uini offerre potionem suptilem et robeum et ueterem; magis si fuerit senior, uinum dauis per singulas cibi acceptiones et magis in declinationem (f. 13ᵃ). Commouentur uero accessiones ex his humoribus per singulos dies et magis ad uespera uel noctu. Nam a mane usque ad meridie nulla patiuntur commotione.

XXVII. GALINI DE SINCOPIS FACTIS EX PLENITVDINE SVPTILIVM HVMORVM.

Si autem ex suptili humore sincopii fiunt, curatio adhibenda est contraria supradictae passioni et nutriendi sunt paulatim et frequenter. Hii etiam insanabiles sunt, si epar eorum aut uenter flegmonem, idest feruorem uel inflammationem incurrerint aegrotantes. Deficienti enim iam uirtute in tali passione et nigrum, belut mortuum, uultus sit constitutus, cibum cogendus est accipere, ut densetur cutis superficies, quemadmodum in antelatis rarefaciendam diximus cutem. In his uero densanda est, sed et aerem pro hac re frigidum facimus praeparari et unguendus est oleo stiptico et cibi dandi sunt, qui non satis rarefaciant corpus, sed ualeant conspissare, qualia sunt panis et alicae soruitiones et poma austera et ea, quae difficile corrumpantur, et sine pane danda sunt et cum pane. Danda sunt igitur eis oua et maxime uitella ipsarum, dauis etiam et cerebellos porcinos. Necessarius enim est eis et aquosus et albus uinus: mox a principio et super cibos datus uene facit.

XXVIII. EX ALIIS OCCASIONIBVS QVIBVS FIVNT SINCOPI GALINI.

Sunt autem et aliae occasiones, ex quibus fiunt sincopi, quattuor, idest dolor nimius, insomnietas, euacuatio corporis multa et qui in frenese incidunt. Est utique quinta, si addere uoluerimus distemperantiam principium. Nam cito in perditione ueniunt de cordis distemperantiam, deinde (f. 13ᵇ) cerebri. Tardius autem fit epate distemperato hominis perditio.

XXVIIII. DE DOLORIBVS.

Stupendus igitur dolor et cum torpore et frigdore efficitur. Cum pulsu uero dolor proprius est grandi inflammationi. Si autem, ut spina infixa, sit dolor aut ipsum locum, sicut terebrari uideatur, ita sentiat, hoc pingui intestino proprius dolor est. Quod si cum punctione sit dolor, in membranis consistat necesse est. Percurrens autem dolor de loco in loco alio hoc contingere solit non in emigraniis solis, sed et capiti. Est autem percurrens, quando uelut ex radicibus incipiat ex primo patienti loco et percurrat exinde in alia loca. Cum tensione igitur si fit dolor, ex utrorumque neruorum loca procedit, propter quod et tenditur ab utrasque fines. Minus autem, si in

---

8 supradicte 15 pane ne danda

latitudinem extensi sunt nerui, habent dolores. Cum tensione uero et torpore si sint dolores, ea, quae sub cute sunt ordinatæ membranæ, patiuntur dolores. Qui autem in carne sunt, [est] ibidem sit dolor. Sunt enim multi inaequaliter inplantati circumtenentes ea. Quae autem membrana circumdant ossa et sentiat, quasi uellicetur locus, et in profundo dolor sentitur in ipsis ossium locis, inferunt supicionem, uelut ipsi doleant. Quando ergo nihil intrinsecus causa, quae faciat dolorem, apparit, contemplari oportet, qualis praecessit dieta, aut si pigrior fuit contra consuetudinem aut si cibos usus est amplius homo aut politrofus est aut uentris consuetudo retenta est. Si enim aliquid horum uel plurima apparent, ex plenitudinis causa natus est dolor et ideo cito est euacuandus homo et post haec cum cautela . . . . .

* * *

[XXX] * * *

[XXXI] * * *

[XXXII] . . . . (f. 14ᵃ) . . . .

* * *

tres aut quatuor capita papaueris sic . . . . one et cum coctum proicis et sic dabis sucos bibere. Si autem nec haec somnum adducant, perungues frontem totum, opiu cum lacte muliebri tritum inlinis; similiter et mandragorae sucus facit. Ypnoticon inunctio fronti et naribus et auribus inlitus, opiu murra cum oxy rodinu linis. Item opiu cum oleo roseo tritum inlinis. Item aliut, qui et somnum facit et capitis dolorem tollit, crocu opiu murra aequali pondera cum oxy rodinu. Item ypnoticon inunctio fronti et tempora et nares melilotu ∠ I, opiu ∠ III, crocu ∠ III, sapa, quod sufficit. Coquis melilotu in sapa et sic sapa cum opiu et crocu uteris. Ypnoticon, qui facit ad capitis dolorem, idest cefalargicis, crocu opiu murra yosquiami semen, ana ∠ I, cum sucos lactucae fronti inlinis. Item balanos, qui somnum faciunt, si in ano subponantur, crocu storace opiu ana ∠ I. Facis balanos ad magnitudinem oliuae ossarum et subponis in ano.

XXXIII. DE MALFACTIONIBVS ERODOTI AVCTORIS.

Angustiantibus oportet cum spongea faciem de pusca tepida fomentare et constringere fortiter manus et pedes et odoramenta naribus offerre, quae anputare et

2 ordinat*e* membran*e* 3 est ibidem 10 *post* cautela *unum folium intercidit* 15 *in f. 14ᵃ initio octo versus erasi sunt ita, ut non nisi passim frustula nonnulla erui possint haec:* cera facto ceroto superpone — dabis sorbitiones — papaueris albi — mittis — mixtum nigrum papaueris — præhendere potes tribus 16 paueris 19 *num* inlinis? IT̃, *semper* 22 cro ∠ III 29 posca, *corr. man. rec.* pusca 29 tepida fomentare *manu rec. superlita* 30 pedes et odoramenta *manu rec. superlita*.

suptiliare possint. In declinatione uero in scapulis aut dorso uentosas imponere; permanente uero aegritudine . . . . tionis sternutamenta . . . . (f. 14[b]).

III.

Galeni epistula de febribus.

(f. 82[b]) EPISTVLA GALLIENI DE FEBRIBVS.

Multa genera febrium nascuntur in hominibus ex mutationis temporum, aetate, labore, aebrietate, ex amaritudine et ex aliis multis causis. Dicamus nomina eorum. Cottidiana, terciana, quartana, sunacus et aliae, quae uocantur effimere, quas dicit Hippocratis simplices febres. Ipsae fiuntur ex uigilia, ex aebrietate, ex labore, ex aestu, ex amaritudine. Sed istae non sunt longinquae febres: tercia die soluuntur, si neclegentia non euenerit.

Cottidiana fitur ex fleuma congregata in stomacho, terciana ex colera rubia, quartana uero (f. 83[a]) de melancolico humore, hoc est nigra colera. Sinacus ex sanguine fitur. De ipsis accessis intelliguntur febres: cottidiana, quae omni die facit, terciana tercio die, quartana quarto, sunacus, qui semper febris est. Istae febres aliae ueniunt ex frigido humore, aliae ex calido. Ex frigido cottidiana, quia fleuma frigida est et laeta; ex calido terciana, quia colera rubia calida sunt; quartana ex melangolico; *sunacus ex* sanguine humedo et calido. Et sicut diximus pondera, fiuntur istae febres. Dicamus et earum medicina contrariis contraria.

Cottidiana circacione in primis diebus aut prima septemana stomacho cataplasmabis, cataplas habente linoso, hordio, faeno Greco, absentio (f. 83[b]), aneto in aqua bullis. De supra dictis seminibus farinas facis, mittis supra oleo aut exungia, facis cataplasma et mittis in drappo calido, super stomachum ponis dies XIIII omne die mutando et califaciendo et postea facis ei ungento, qui dicitur marciaton aut pinta-

---

1 in scapulis-permanente *manu rec. superlita* 2 *post* aegritudine *aliquot vocabula erasa sunt* 2 sternutamenta] *ultima f. 14[a] linea erasa est nec non tota f. 14 pagina versa (f. 14[b]). Sed dispicias inter hanc stragem numerum capituli* XXXIIII *eiusque titulum:* DE ANGVSTIIS ET MALFACTIONIBVS. *In ima pagina manu s. IX hæc leguntur in marg:* Not. angustiam stomac. ex plenitudine malorum humorum; *eademque manu in textu quem vocant superlita haec verba:* qui autem ex plenitudine humorum angustiantur fricandi sunt multum

Cod. Bern. 611 s. VII—VIII f. 82[b]—85[b].

12 sinacus] *fuit* sunacus 17 sunacus ex sanguine] sanguinem 21 seminibus *supra lineam.*

miron et postea dabis ei bibire anthidotum habente piper ∼II, bagas lauri ∼II, grano mastici ∼ II, cimino ∼ II. Haec omnia trituras suffecienter, dabis cocliario uno nocte. Melior medicina non est. Nescientes medici, dum sperant omnem febrem ex calido humore, donant frigido cibo, dicentes: extinguire uolumus febrem, et non extinguit febris, sed extinguit spiracolum uitale, quia fleuma frigida est. Ideo dabis ei cibo calido piper (f. 84[a]), ruta, cimino et alias simeles, et si sitis fuerit, aqua cocta cum appio aut fenicolo, petrosilino, aneto. Hæc fac ei et in paucis diebus liberabitur.

TERCIANÆ cura non est ita, ut cottidianae diximus, quia non est frigida: in primis, hoc est diebus VII, nihil eis facies; postea da eis anito, appio cum aqua cocto bibire. De holeribus dabis eis manducare maluas, atriplices, lactuças, cocurbitas. De uolatibus alas de pullo et gallorum testones elixos. De quatropedibus pedes de lactente ceruello, armos et oua sorbilia sine albumen. Poma Perseca, mela agramen noli dare eis nec uino usque quo absoluit febris et tysena dabis eis.

Quartanæ curatio. Quia diximus in tercianis omnia frigida et humeda (f. 84[b]), istis autem non sic, sed in primis diebus dabis eis apocima habente opithomo, pulcio aut satorcia et aneto, et si iuuenis fuerit et hora conpetit, fleutoma eum, et si uideris ipso sanguine nigro exiente, securus cura, et si non est niger et uidetur rubius et suptilis, de praesenti cessa, quia, si dimittis currere, grande malo facis. Omnia frigida ueta eis et quicquid potes inuenire calidum, securus da eis. In accessionibus tamen nihil dare, sed ante accessum et post accessum da eis uictum, sicut napos coctos cum pullo et uino suptile albo et antidoto, qui uocatur diospolitus et piper per se da illis cum uino aut cum aqua, quantum solidi duo pensant, et sicut diximus, omnia calida securus dona eis. (f. 85[a]).

CVRA SVNACVS. Quia diximus, esse nato ex sanguine, et ex ipso cognuscas de febre non declinata, quae usque septimo die, et urinas ipsorum sunt rubias et spissas et sanguine similes; et uenas eorum plenas, facies rubia. Si fuerit iuuenis aetate et hora permittit, et uideris ista omnia, septima die fleutoma eum. et si non suffert, uicto suptile da ei, sicut est siliginis aut tisana cum aqua bene cocta et modicum sale, lactuca, sale, pusca, atriplices, bitas, cocurbitas et aqua frigida da eis bibire. Et usque quo absoluit febris, uino noli eis dare. De uolatilibus debet manducare fasianos, pullos iuuenes, perdices, merolos, turdos, turtores, pipiones; de piscibus uero, quantos inuenis, qui albas (f. 85[b]) carnes et molles naturaliter habent, non duros; sed fluuiales pisces da eis securus.

EFFIMERO simplices uocantur febres, sicut dixit Ypocratis, pro eo, quod non fiuntur ex humore generaliter. Contraria contrariis medicina. Ergo si fuerit ipsa febris ex amaritudine, gaudium est medicina. Eligans medicus ingenio faciendo laeti-

ficat hominem et non amaricando: per hoc potest esse sanus. Si fuerit ex uigilia, supor est medicina. Si ex labore, pausatio potest esse medicina. Si ex aegritudine, abstinentia. Si ex solis calore iterante ipsa febris superuenerit, in loco frigido fac pausare. Si fuerit ipsi locus calidus, medicus ingenio faciendo potest elimentum ipsius fouendo diuersa folia uini et appii, menta, beta et alias in aqua citando frequenter in ipso loco. EXPLECIT.




U.C. BERKELEY LIBRAR
B003010122



